Cat. inscrip.

3

LVCIANVS BELVS DE ROCCHA CONTRATA PHYSICVS AC MEDICVS, DE COENAE AC PRANDII PORTIONE.

¶ INSVPER ANNEXA EST QVAESTIO NOVA DE REVBARBARO

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LVCIANVS BELVS DE ROCCHA Contrata Phyſicus ac Medicus, Camillo Elephantutio Patritio Bononienſi s. p. d.

MEdicam rem Camille Elephantuti cum & Hippocratẽ Coum à ſapientiæ primũ ſtudio ſeiunxiſſe intelligam, & Herophilum deinde Eraſiſtratũ, Praxagorã, alioſq; complures diuerſas medendi uias inſtituiſſe reperiam, atq; etiã tres illam in partes tribuiſſe: meũ certe conſilium minime reprehendendum exiſtimaui, ſi earũ vnam ego potiſsimum, atq; eam maxime tractãdam hoc tempore ſumpſiſſem, quæ in ſola viuendi regula & ratione ſita ſit ac collocata. Nam & ſi partes hæ omnes ita ſint inter ſe cõiunctæ, vt nihilo minori cũ totius detrimento ſeiungi vna poſsit à cæteris, q̃ membrũ aliquod vnum à toto corpore ſeparari ac diuelli: Licebit mihi ſpero tamen veterum pictorũ more, qui nõ in toto ſæpe homine, Sed eius vel capite, vel pectore, vel quacunq; alia parte expolienda ſtudiũ ſuum poſuerunt, ea relicta & quæ medicamẽtis, & quæ manibus itidem medetur, de ſola victus ratione aliquid expedire, præſertim vero cũ hanc vnam diligentiſſime cuſtodientibus ac colentibus, vix aliæ vſui ſint vnq̃ futuræ. neq; enim profecto eſt dubitandum morbos plæloſq; omnes inde naſci ſolere, quod ex quatuor principis, quæ mortaliũ corpora

conſtituunt ac cõformãt,aliud interdũ longo interuallo alia ſuperet: aliud autẽ valeat minus multo & poſſit quàm ad rectam bonamq́ꝫ valetudinẽ tuẽdam ſatis eſſe queat. Iam vero æquabilem inter illa perpetuáq́ꝫ cõcordiam,vt modis cõſeruari aliis multis nõ negem, principes tamen partes huic noſtræ tribuendas eſſe, vel hinc maxime dignoſci poteſt: quod nihil penè aut certe non multũ illis profici videmus,niſi omni in morbo & egritudine huius etiã ratio maxima habeatur. Hæc etenim vna iis appoſitis,quæ aut efferueſcentis naturæ æſtũ cõprimãt,aut torpentia frigore nimio corpora excitẽt,aut exiccẽt humidiora, aut poſtrẽo quæ plurimũ aruerint, irrigẽt reddãtq́ꝫ humidiora,& bonã perpetuo retinere, & malã emẽdare valetudinẽ ſolet. Hanc itaq́ꝫ ego cũ & mea ſpõte omniũ clariſſimam antea ſemper iudicaſſem & nuper ex accuratiſſima Antonii Mariæ Betti Mutinenſis præceptoris mei doctiſſimi,tuiq́ꝫ ſtudioſiſſimi,in hac Bononienſi Academia medicinã publice profitentis, in quartum Auicennæ medicinalem librũ interpretationẽ maxime neceſſariam cognouerim,non dubitaui, quæ mihi tum ex præceptore ipſo, tum ex veterum quoq́ꝫ multorũ lectione percepta eſſent,de ea & cognita,literarum monumẽtis mandare. Quod ſanè eo libẽtius feci,quod Odus quidãOdius(vel vt ipſe inquit)de odis Patauinus in lucem,neſcio quem libellum edidit,

vbi multa de prandii cenæq; modo lõge ſecus tractata ſunt,& tradita,q̃ vel meus mihi præceptor, vel ipſa potius ratio ac veritas ſuadeat. Atq; id ita eſſe, tute ipſe, ſi quod tibi à plurimis maximisq; negotiis tuis reliquum temporis erit, noſtris aliquando legendis traducere volueris,facillime poteris iudicare: Facturũ vero te vt credam multa ſunt me hercule,quæ mihi perſuadeant,vel quod vnus omniũ rectam quãdam & maxime verã viuendi viam religioſſime ſemper ſeruaris, vel quia literarum ſtudia ſolus,aut certe cũ paucis hic plurimũ foueas & ames,Comunemq; literatorum omnium patronum te præbeas:vel poſtremo quod cũ & eos etiã, quæ tua eſt humanitas diligere cõſueueris,qui nullum omnino tibi beneuolentiæ ſignum impertiantur, Lucianum certe nõ poſſis nõ amare,qui ſe ſuaq; omnia tibi vni eſſe ſemper cupiat addicta. Vale.Bononiæ.Idib. Ianuarii. An.M. D. XXXIII.

Digitized by Google

LVCIANI BELI DE ROCCHA Cōtrata Phyſici ac medici præſtantiſſ. de Cœnæ & prandii portione Liber primus.

HOMO cum naturali quodam appetitu viuere, quæ ipſius eſt forma deſideret,atq; illa ipſa,qua humanū corpus cōflatur,ſubſtantia, totaq; animalium moles in perpetuo fluore exiſtat, cibos mehercule ingerere ac enutriri, quadam parētis naturæ cura docetur.Nempe ni ſimilis altera ſubſtantia pro ea quæ defluxit,reſtituta ſit, euaporabitur certe, atq; diſſipabitur vniuerſa.Quo factum arbitror,vt natura non animalibus modo,verū etiam ſtirpibus(vt cū Gal.loquar de tuenda valetudine.primo)inſitas quaſdam vires deficientis ac deſiderati ſemper appetētes ab initio ſtatim dederit,Non enim veſci,bibere,aut reſpirare à quoquā vſq̄ didicimus,ſed ſtatim à principio facultates in nobis habemus,quæ hæc omnia citra docentem perficiāt, Cibo igitur quicquid ſiccioris ſubſtantiæ effluxit,potu vero quicquid humidioris diſſolutū fuerit reſtituimus Propterea totius corporis enutritio, ac ipſa cibandi ratio ad vitam degendam apprime neceſſaria, tanto magis eſt obſeruanda,quo ſi congruens, amicaq; corporis vitæ alimonia oportune adminiſtretur, nō ſolum humanū corpus,ipſaq; temperatura conſeruatur, verū & mens quoq;,& ſenſus omnes vigent,corroborantur, ac iucun-

iucundiſſimo quodam ſenſu perfunduntur,& demum perpetua hæc, ac pene inquietavis animi firmior quodam modo,& ad diuina illa cognoſcenda prõptior redditur,atq; acrior,Contrà ſi in aſſumendo cibo,nec quãtitas perpẽdatur,nec deligatur tempus oportunum, temere aſſumptum alimentũ nõ ſolum corpus nõ nutrit verum perturbat,atq; maiorem in modum affligit,quin hebetãtur ſenſus,animus ſtupeſcit,atq; in furores,& inſanias incurrit. Enimuero vt animo amoto pigrũ hoc, corpus & prorſus brutum eſſe dicitur, ſic langore iſtius,ac veluti torpore,ingenii vis impedita,trũca penè,& debilis eſſe ſolet. Quamobrem medicum ipſum humanæ vitæ præſidem,vniuerſum humanum genus contẽplari hinc per partes, temperaturam,ætatem,locum,tẽpus,mores,atq; aſſuetudinẽ cõſiderare, ac in rebus omnibus, quæ ſumuntur cenſuram quãdam adhibere decet,atq; diligẽtiſſime aduertere,ne cibus, quo ex corpore diſſolutum reſarcitur aliquod vitæ incommodũ afferat. Idipſum vero ex recta prãdii cœnæq; adminiſtratione prudens medicus conſequetur. Quã ſanè ſi Odus ſatis cõprehendiſſet, nunq̃ profecto ſcripſiſſet debere tum ſanos,tum ægros parcius quidem prandere, copioſius vero cœnare. Nempe vnicuiq; vel mediocriter erudito perſpicuum eſt atq; exploratum illum non parum aberraſſe. Idq; ita eſſe ipſe met facile cognoſcet, qnũ noſtrum

ſtrum hunc libellum attentius lectitauerit. In quo longe ſatius eſſet iis, qui materiali ægritudine detinẽtur (vt nunc de ſanis corporibus dicere prætermittam) ſi plus in prandio, q̃ in cœna eſitauerint oſtendere decreui. Cæterum vt noſtra hæc diſceptatio ordine procedat, videor percõmode facturus, ſi prius vocabulorũ, quibus in hoc vtar libello, ſignificata breuioribus q̃ fieri poterit, tetigerim, quod & Gal. ipſum primo ſimpl. med. cap. i. feciſſe video. Superuacaneam autẽ dierum diuiſionem, quẽadmodum. ſ. Romanis à media nocte, diei foret initium, apud Athenienſes vero à ſolis occaſu, ſicut & apud Babylonios à ſolis ortu dies inchoaret, quod ipſi demum aſtrologi à meridie, diei principiũ ſumpſerint, ſponte mea prætereo. Igitur qui luxurie præcipue dediti erant, epulas trifariam ſemper, interdum quadrifariã diſpertiebant, in ientacula, prandia, cœnas, ac comeſſationes. i. cibum, qui poſt cœnam capitur. Ientaculum certe cibum illnm appellabãt matutinum, qui ſumi ſolet, antequàm homines opera aggrediantur, atq; prandiolum, ſiue prandiculum, quaſi paruum prandium, vocitabant. Nec defuerunt, qui crapulæ indulgentes, merendam cibum videlicet, qui ante cœnam ſumitur, voluerunt: prãdium autem ab edendo, quaſi peredium dictũ is erat cibus, qui ante meridiem capiebatur: quãuis non ignorem à veteribus cœnam appellari: quam vero nũc

nos cœnā dicimus,illos appellaſſe veſpernam. Atmehercule queādmodū Plato ad Diōis propinquos ſcribens,inquit,Quo quū veniſſem,vita illa beata, quæ ferebatur plena Italicarum, Syracuſanarumq́ menſarū, nullo modo mihi placuit. In qua vita ſapiens non effitur,temperatus vero multo minus. Sic vir Sapiens, & frugi,vitæq́ magiſter cæteris eiuſmodi,vel bellariis, & condimentis, vel frequentioribus ac prolixioribus cibationibus poſthabitis,tantū cibi adhibere debet, quo vires reficiantur,ac propterea prādium & cœnam tantummodo admittere. De his itaq́ ſolum omnis à nobis ineunda eſt diſceptatio. Et cœnam ſanè non eam quam antiqui hora nona,ſed in nocte aſſumptā intelligo. Cum præſertim (vt cum Gale. ſentiam. i. de med. meth). Nominum interpretatio ex patriæ conſuetudine ſit capienda,Nempe vt Gal. ii. eiuſdem ſcribit. Qui alterum docere volet,quæ ipſe tenet huic prorſus nominibus pro rebus vti eſt opus, In quorum vſu claritas,quaſi meta ſpectāda erit. His ita diſtinctis modo res ipſa tractanda eſt. Verum vt certo ordine procedā,primo eas omnes rationes,quæ contra noſtram opinionē facere videbuntur explicabo,deinde noſtram ſententiam exponam,quæ fortioribus,rationibus munita contrarias argumentationes facile cōfutabit. Interim cum Gal. loquar. iii. de locis affectis cap. iiii. Quippe oratos

Digitized by Google

habere velim omnes,qui in horũ cõmentariorũ lectio nem inciderint,vt pruritũ ſolicitudinem,vel inſaniam quam de ſecta cõceperunt deponant, deinde ſic vt pro bos viros decet,dicendorum ſeriem cõſiderent. Sed iã rem ipſam aggredior.

Quãtitas alimenti pro portiõe naturalis caloris eſſe o- portet,ita vt quãto maior calor,tanto maior cibi quan titas cõueniat. Sed in ſomno calor eſt ad naturalia mu nera obeũda maior, potẽtior ac validior,ergo in cœna vberius reficiendum. maior patet:quũ enim naturalis calor æque ſanguine inſtauretur, ac flãma oleo, aut li- gnis,vt Gale.in lib.de vti.reſp.cap. iii.& in principio lib.de viua anhe. Si cibus minoris q̃ conueniat fuerit quantitatis,continget calorem naturalem debilitari,& demum extingui,nõ ſecus ac maximo igni, ſi debile li gnũ, ut palea iniiciatur,ſtatĩ abſumitur: propter quod ignis,aut minor & debilior fit,aut extinguitur. Quoni am aũt cibis in vẽtre cõfectis,ſanguis generatur, q̃toq; calor maior eſt,tanto maior quoq; eius eſt effluxus: igi tur qui calorẽ in ſua magnitudine cõſeruare voluerit, tantũ cibi erit opus aſſumat,quantũ poſſit calor conco quere: Sic enim nec q̃titate alimenti ſuffocabitur, nec eiuſdem paucitate deficiet, quorũ alterũ oĩo cõtingere vbi quæ debet cibi q̃titas nõ exhibetur ſcripſit Gal.in .ii.de morborũ cauſ.cap.iii.in hunc modũ. Alimẽto

rum

rũ aũt ipſius vel abũdãtia,vel defectus,aut aliena quali-
tas ad hũc illi modũ officit. Magna qdẽ lignorũ ſtrues ſi cõferctim exiguæ flãmæ iniiciatur,ob ĩmodicæ q̃titatis exceſſum eã ſuffocabit: at ſi nulla penitus,aut pauca admodũ ligna ſuppeditaueris,tabeſcere flãmã videbis: idq́; ob alimenti defectũ,vel paucitatẽ: ſic lucernæ flãmã & minui,& ferè extingui videmus, vbi propriũ ipſius alimentũ à iuſto modo aberrauerit: ſiue ei nimis parce oleũ adhibeas,ſiue affatim plurimũ infundas noxam nõ vitabis &c. Inſuper vbi plus cibi ingeſtũ ſit, q̃ poſſit calor peruincere,mali generabuntur humores quod apparet ex Gal.ii.de morbo. cauſ. cap.iii. & vi. de ſimp.cauſis cap.ii ex Raſi.iiii.ad Almanſorẽ. cap. .iiii. Haliab.i.practicæ.cap.vi. Auicẽna.iii.primi.ca. vii. Rurſus quod ex minore, q̃ ſibi conueniat cibi quãtitate calor naturalis debilitetur ex Hip. colligi poteſt xiiii & xv aphoriſmis.i.partic.in cuius apho.xv expoſitiõe Gal.cauſam inueſtigans, cur calorẽ naturalẽ hyberno tẽpore pluribus egere alimẽtis Hip. dixerit,ſcripſit, quod niſi hic abũdãs habeat quo fruatur alimẽtũ primo ipſe à circũſtãte frigore ſuperabitur,tã ab eo qui extrinſecus ingruit,q̃ ab illo,qui per inſpirationẽ attrahitur: cũ ipſo vero & coctio ciborum debilitabitur,& optimi ſanguinis generatio, & partium animaliũ enutritio, & ſuperfluitatũ expulſio. Quare Gal.vii. meth. med.cap.vi conſumptorum enutritoriã refectoriamq́;

Digitized by Google

victus rationẽ docẽs ait,quod quãto hi meliores efficiuntur,tanto tũ plures,tũ valentiores cibi,q̃ prius exhibẽdi ſũt. Sic itaq; patet maioris propoſitiõis veritas,alimẽti.ſ.quãtitatẽ pro portiõe quãtitatis naturalis caloris eſſe oportere. Minorẽ aũt,quæ ex ſeipſa manifeſtiſſima eſt,confirmarũt præſtantiſſimi quiq; & antiqui, & moderni auctores. Gal.enim.iiii.de ſimp.cauſis. cap. viii.&.iii.de cauſis pulſuum. Auer.i.Canti.cõmento cxxxviii.&.ii.Cant.cõmento.xl.Haliab.v.theo.cap. xxxv. Auicenna.ii.primi.doctr.ii.Sũma prima.cap. xiii.& doctrina.iii.Sũma.ii.cap.xii.&. iii.primi doctrina.ii.cap.ix.Et in prima Cant.t.cxxxviii. Ariſto. in libello de ſomno & vigilia. Themiſtius in illius libelli paraphraſi.cap.v. Alexander Aphrodiſeus in enarratione de anima, in eandem ſententiam venerunt, calorem naturalem ſomno augeri,reddiq; ad ciborum coctionẽ validiorẽ,quippe dum naturalis calor in ſomno ad internas partes ſeceſſerit,precipuo quodã munere altrix facultas ſeſe exercet. Eadẽ ratione,hyeme copioſiora alimenta ſunt exhibenda cũm etenim hyemali tempore in viſcera confugiat calor innatus ſibi contrarium aufugiens ad cibos decoquendos fiet potentior. Eadem ipſa ambientis frigiditas oſtendit copioſiores cibos in cœna magis q̃ in prandio adminiſtrandos. Etenim aere nocturno(qui frigidior eſt q̃ diurnus)col

ligit

Digitized by Google

ligit ſe in profundum corporis calor innatus,& decoquendi cibi munus expeditius abſoluit,& ipſa nutritio fœlicior efficitur. Præterea ex eo etiã patere poterit plus in cœna q̃ in prãdio comedendum,quod nocturna quiete calor naturalis fortior effectus perfectius con coquere poteſt,quod vnicuiq; fiet manifeſtum, qui ea, quæ ab exercitatione proueniunt optime nouerit, quæ duo eſſe præter cætera ſcripſit Gal. ii. de ſanitate tuenda. naturalis. ſ. caloris augmentum,& ſpiritus violenor motus ad externas videlicet corporis partes illa deinde ex his præter cætera conſequuntur, tum ſingulas corporis particulas in corpus deducenda validius attrahere,tum ea facilius immutare,tum nutritionẽ meliorem effici,tum ſingularum partium excrementa ad expulſionem, nec non & meatus parari, quibus ea ipſa excrementa expelli neceſſe eſt,& deniq; excremẽtis ipſis corpora purgari. Quæ quũ ita ſint eo tempore debent corpora exercitari,vt inquit Gal. ii. de ſanita. tu. quo ventriculus,& vaſa crudis incoctiſq; cibis,ant ſuc cis omnino vacua ſunt,& vrina, atq; alui excrementa ſunt depoſita. Sic enim periculum nõ eſt vt cruda incoctaq; priusq̃ probè confecta ſint,aut aliquid ex dictis excrementis vi caloris per exercitationem aucti in om nes corporis partes rapiantur. Ex iis itaq; conſtat tem pus ad exercitationem idoneũ eſſe,vt docet Gal. in. ii.

de ſani

de ſan.tue.quũ cibus ingeſtus tũ in ventriculo, tum in epate iam prorſus confectus eſt : quæ vero fit in venis coctio,agitur,etiam tempus inſtat vt nouum alimentũ ſuſcipiatur. Conſtat quoq; caloris augmentum, quod exercitatione acquiritur,dum ipſa fit exercitatio, non illis coctionibus conferre, quæ in ventriculo ac epate perficiuntur,verũ potius iis maxime officere,quandoquidem eo caloris augmento fiat illorum validior ad extimas partes attractio,quæ in intimis partibus continentur,atq; calor naturalis,vt in æſtiuo tempore,ita dũ corpora exercitantur,foras agatur. Melius igitur vẽtriculus & iecur alimẽta conficiũt,quũ homo ab exercitatiõibus vacat,quod vtiq; declarare ſtatuerã: huic ſentẽtiæ Raſis in.iiii.ad Almanſorem cap.ii.Haliab.prim. practicæ, cap.iii. Auicenna.iii.primi.doctrina.ii.cap, .iii.& vi. Auerr.vi.colliget.cap.ii.& prima Cant.cõmento.cxliiii.&.ii.Cant.cõmento.xx.adſtipulantur. Nemo vero iret inficias magis in nocte, q̃ die corpus quieſcere: niſi quis fortè eſſet,qui more latronũ,vel luporum ſe exercet, vel qui ad aliqua negotia eſt delegatus,aut ipſe ea ſibi ſponte delegit,vt nocte quidem vigilet,& ſe exerceat,die vero quieſcat,& dormiat. Hactenus patere arbitror,ſumendi cibi quantitatem,nec maiorem, nec minorem eſſe oportere, q̃ calor poſſit peruincere. Inſuper & ſomno,& aeris frigiditate calorem

natu

naturalē augeri,& ob id cibos melius cōcoqui,Demū exercitationem in corpus deductionē iuuare: his autē quæ in vētriculo & epate fiunt coctiōibus officere. Ex quibus facile eſt colligere, plus in cœna ,qnàm in prādio aſſumendum eſſe.

Quū præſertim tēpus,quod à prādio ad cœnā protēditur,breuius ſit:quippe octo, aut ad ſummū nouē contineat horas:quod vero à cœna ad prādiū producitur lōgius ſit,vtpote quod ex quindecim,aut ſexdecim cōſtet horis. Quibus de cauſis ſcripſit Gal.vii.med.met.ca. vi. his qui renutriūtur reficiūturq; valētiores cibos in cœna maxime offerēdos eſſe,quē vſum ait Athletas nō ratione tantū inueniſſe,ſed etiā lōga experientia cōprobaſſe. Hāc quoq; ſententiā ea cōprobāt, quæ in.i.de ratiōe victus in morb.acu.tt.xxv.Hip.ſcribit.docēs enī eorū victus rationē,quibus morbi iudicatio facta ē: ſorbitionē inquit matutino quidē tēpore exhibe, veſpere aūt ad alios etiānū cibos trāſire poteris.Idē in.iii.eiuſdē repetit, vbi qui victus in ſingulis anni tēporibus cōueniat edocet.Celſus itē.i.lib.de re medica ca.iii.idipſum cōfirmat.quod ex Raſi ad Almā.iiii.ex Aui.iii.i. doct.ii.ca.vii &.ii. Cāt. quo in loco etiā ex Auerr.ex Haliab.i.practice ca.xiiii.facile colligitur. Quibus tū rationibus,tū auctoritatibus ſatis maniſeſte expoſitū videtur,ſatius eſſe plus in cœna,q̄ in prādio eſſe.

Adhuc

Adhuc eo tempore copioſius comedendum, quo vapores, qui ex ingeſto cibo efferuntur, minus poſſunt caput & lædere & opplere. Sed in ſomno vapores minus poſſunt ad caput aſcendere, cerebrumq; pertingere, ergo in veſpere liberalius reficiẽdum, maior eſt manifeſta. hac ſiquidem ratione in deſtillationibus, ac in illis affectibus, quibus ſolet caput affici omnino plus in prandio, q̃ in cœna ſumi debere contendunt, ne caput. ſ. nocte vaporibus repleatur, Minor vero probatur. Vapores namq; ad caput aſcendentes, aut per arterias, aut palatũ, aut neruos, aut venas aſcendunt. Quod per arterias minus in ſomno poſſint vapores ad caput efferri, facile oſtẽditur. Etenim arteriæ, vt Gal. placuit in. iii. de poten. naturali. cap. xiiii. quum attollũtur ex ſibi vicinis partibus quod eſt magis tenue attrahunt ad vacuum cõſecutione, quæ quidem ad cutem terminantur, aerem extrinſecum, qui & ſibi proximior, & inter õnia alia leuiſſimus eſt. quæ vero cordi proxime ſunt, ex ipſo corde primum ſpiritum, vtpote leuiſſimum, ſecundo vaporem, tertio ſanguinem exquiſite laboratum atq; attenuatum, quæ autẽ à corde & cute plus diſtant ex venis partem ſanguinis leuiorem: quæ ad ventriculum & inteſtina terminantur, tum à corde, tum à venis ipſi cordi adiacẽtibus plus attrahent, minus autem ab ipſo ventriculo, & inteſtinis, quando in corde & venis

contẽ

Digitized by Google

contenta leuiora ſunt,quæ vero in ventriculo & inteſtinis craſſa & grauia: qui igitur vapores ex cibo geniti in ventre confecto per arterias ad caput efferri debe at primo arterias ad ventriculum terminatas dum attolluntur ingredi neceſſe eſt: deinde ad eã quæ per ſpi nam tendit meare à qua illæ deriuantur : hinc ad eas quæ poſt aures ad caput aſcendunt: demum ab his ad cerebrum pertranſire, At in ſomno huiuſmodi arteriæ ex vaporibus ingeſti alimẽti ad caput primo elatis, deinde cerebri algore cõdenſatis ac retrocedentibus obturantur, vt ſpiritibus ad cerebrum facilis tranſitus nõ ſit,qui vaporibus iis ſubtiliores ſunt: Et ob id dixit Ariſtoteles in libello de ſomno & vigil. tenues & anguſtas habentes venas eſſe maxime ſomniculoſos, quum vero à ſomno ad vigiliã transfertur animal, huiuſmo di qidem obſtructiones dimouentur,quare per arterias ad caput aditus in vigilia magis q̃ in ſomno expeditus eſt: nõ ergo in ſomno vapores facilius,q̃ in vigilia per arterias poſſunt ad caput aſcendere: Quod etiam confirmari poteſt,quando ad vacuum conſecutione, tãto magis arteriæ vapores attrahant,quanto magis attollũ tur: quum autem in ſomno minus attollantur,q̃ in vigilia, vt docet Gale. in .iii de cauſis pul. minorẽ igitur vaporum quantitatem in ſomno attrahent: Eodem pa riter modo aditus is,quo humores à cerebro per pala-

tum expurgantur nobis dormiẽtibus obturatur: quare per eum quoq; minus in ſomno, quàm in vigilia po terũt ad cerebrum vapores pertranſire. Adde quod cũ in ſomno maior ſit expiratio inſpiratiõe vapores ex ali mento eleuati atq; ad partem illam tranſmiſſi expirati one, facilius expellũtur: Huius autem indicium eſt ma gna quæ fit in ſomno (vt ita dixerim) ſufflatio. Simili ter neruorum meatus, ſi qui ſunt (Solos enim oculorũ neruos manifeſtos habere meatus ex Gal. colligitur in .iiii. de ſympt. cauſis) per quos animalis facultas à cerebro ad omnes corporis partes tranſmittatur in ſomno ex vaporibus retrocedentibus obſtrui neceſſe eſt: quare per illos poterunt vapores in ſomno difficilius ad cerebrum perduci, quando tunc per eos meatus à cerebro ad vniuerſum corpus animalis facultas delabi prohibeatur. Neq; etiam quis vere poteſt affirmare vapores per venas in ſomno ad caput aſcendere: quando quidem arteriæ ex venis eorum, vtpote ſanguine in venis contento leuiorum attractionem anticipabunt. Nã in. iii. de poten. natural. cap. xiiii. arterias ex venis ſibi propinquis per ora, quæ inter ſe habent communia tenuiſſimum ac vaporibus ſimillimum ſanguinem in eis venis contentum attrahere ſcripſit Galen. quare multo magis vapores attrahent, quos etiam paulo infrà dixit Galen. leuiores & ſubtiliores eſſe ſanguine exqui-

ſite

ſite elaborato atq; attenuato. Iam autem oſtenſum eſt per ſomnos vapores in arteriis cõtentos difficiliorem ad cerebrum trãſitum habere: quod ſi qui vapores arteriarum attractionem ſubterfugerint,neq; etiã illi facile efferentur ad cerebrũ,quãdo venæ priuſquàm cerebrum pertingant,ad ſupremum capitis aſcẽdant, mox deſcendãt ad cerebrum,vt Gale. ix.de vſu partiũ cap. .v.declarauit:quãobrẽ vapores per poros exitũ antici pabunt.Patet igitur minoris propoſitionis veritas,vapores ipſos minus poſſe in ſomno,q̃ in vigilia cerebrũ pertingere.Et confirmatur:quippe quum in die maxima pars hominum,aut vi, aut ſponte aſſuetis ſibi laboribus exercitari ſoleat, in qua exercitatione calor foras agitur,& ſenſibus ac motioni incũbat:Igitur calor pro naturalibus operatiõibus imbecillior reddetur: quare cibos liberalius ingeſtos ægre concoquit:proinde paucos bonos, plurimos autẽ malos vapores gigni neceſſe eſt,quos quum calor aliis operibus diſtractus, vt decet nõ expellat,ad caput educti per ipſos quidẽ meatus reſeratos idipſum caput facile replebũt. At in ſomno calor ad interiora coactus,cibos probè conficiet:Quare paucos vapores craſſos ac fuliginoſos gigni continget, quos calor fortis,vtpote operibus naturalibus intẽtus, expellere poterit,craſſiores quidẽ per vrinã,nõ ita craſſos per exſpirationẽ,exquiſite vero extenuatos ad cutẽ,

vt Gale. affirmat loco ſuperius citato, Et propterea in iii. de cauſis pulſuum dixit Gal. vt in ſomno expiratio maior eſt inſpiratione, ita quoq; arteriæ maior eſt con ſtrictio q̃ dilatatio, vtpote natura appetente ſuperfluitates expellere. Quare manifeſtũ eſt cibos liberalius ingeſtos minus in ſomno & quiete, q̃ in vigilia & exercitatione caput vaporibus opplere, quod ipſa quoq; docet experientia. Etenim vnuſquiſq; mane ante prandium caput melius eſſe affectum percipit, q̃ veſpere ante cœnam: quare qui literis incumbũt, melius mane q̃ veſpere eis ſtudere poſſunt: quod vtiq; non efficeretur, ſi plus in ſomno, quàm in vigiliis caput impleretur vaporibus, Nec obſtat quod ea ratione dicitur in ſomno cutis meatus eſſe obſtructos: ideo vapores extra corpus ferri non poſſe: quando illa obſtructio tanta non ſit, vt qui fuliginoſi & ſubtiliores ſunt, per illos meatus exire non poſſint: At qui craſſiores ſunt, non facilem habẽt exitum: Verum quoniã calor innatus, vt omnes ſuperfluitates excernantur prouidentiam habet, eos ergo ad partes cuti propinquiores, quoad fieri poteſt, tranſmittit: Quare dixit Gal. in. iii. de cauſis pulſuum ſæpe citato à ſomno ad vigiliam conuerſis, pulſus fieri & maiores, & vehementiores, & velociores, ac frequentiores, & veluti concuſſionem quandam habentes, quoad vapores illi fuerint expurgati, ac tranſpirabile totum ſibi

cor

Digitized by Google

corpus calor reddiderit: Cæterum quoniam quæ ha
ctenus dicta ſunt, videtur in ſolis ſanis corporibus ve-
ritatem continere: ideo ægrotis quoq; conuenire mon-
ſtremus: Galen. in ii. de cõpoſit. med. per ſingulas cor
poris patres, vbi doloris capitis ex ebrietate curationẽ
docet, dixit: qui ex ebrietate capitis dolore affecti ſunt,
euacuatiõe & infrigidatiõe indigẽt, quibus tota die per
actis, in nocte balneo lauẽtur, cibiq; euchymi nõ cale
faciẽtes exhibeantur, qnales ſunt ptiſanæ ſuccus, & ex
alica ſorbitio, ac panis cũ aqua, ouaq; ſorbilia ſine gar
ro: Quippe vbi melius eſſet eos in prandio, q̃ in cœna
plus ſumere, vtiq; Gal. præcepiſſet, cibum potius die, q̃
nocte exhiberi oportere: Præterea Gal. in conſilio pro
puero morbo comitiali laborante, victus rationem in-
ſtituens, dixit tertiam panis partem, cum his, quæ ven-
trem ſubducant, in prandio eſſe apponendam, reliquas
vero duas in cœna cum valẽtioribus cibis ſeruandas
eſſe: quod etiã Raſis in primo continentis cap. v. Gal.
teſtimoniũ loco ſuperius citato adducẽs, affirmauit
Hactenus eas omnes & auctoritates, & rationes adduxi
quævidentur oſtendere debere, tum ſanos, tum ægros
parcius prandere, liberalius vero cœnare

Liber

Digitized by Google

CVm per multa volumina,ac per varias magnæ cõtẽtiõis diſputatiões hæc de recta victus adminiſtratione diſceptatio à medicis ſæpe tractata ſit,& nũc quoq; tractetur,atq; mutuis diſſenſionibus inuicẽ cũ ſe ſuſpectos reddiderint(oĩno enĩ fieri nequit,vt oẽs verũ attigerint) ſingulatim ab illis tradita(vt Gal.de facul.ali.cap.i.inquit) incorrupto iudicio diligẽter excutere atq; eſtimare fuerit operæprecium,Quibus rite diſcuſſis facillimũ erit cõprehendere,quæ Odus ſubiecit,nec approbatiſſimorũ autorũ opiniõi addicta eſſe,nec validis ratiõibus cõfirmari. Quo fit, vt nullo pacto ipſi aſſentiendũ putẽ. Quippe(vt cum Gale. loco ſuperius citato dicã) iniquũ cenſeatur vni præ aliis absq; demõſtratiõe fidẽ adhibere.Quo iuſtius verior hæc noſtra opinio interponi poterit media quodã mõ inter diuerſas ſentẽtias,quã ſanè doctiſſimus præceptor meus Antonius Maria Bettus Mutinẽſis,in hoc Bononiẽſi literario gymnaſio publice cõfirmauit.Itaq;(quod in maximis cõtẽtionibus deprehendere difficillimũ videtur)ſine ambitiõe verũ ſcrutatus,quæ veritati proximiora videbũtur,ſectabor quò facilius falſa illa,& à præcipuis medicis aliẽa Odi ſentẽtia repelli poſſit.Quod vt fiat cõmodius, quædã prius à clariſſimis medicis obſeruata, tanquàm hypotheſes

theſes aſſumam. Primũ ſuppoſitum Curatiuũ opus duas cõmũiſſimas habere intẽtiões, quarũ altera res naturales cõſeruet, altera vero, quæ præter naturã ſunt abiiciat, nẽo eſt q̃ ãbigat, ſi Ga. ix. de met. percurrerit ita ſcribẽtẽ. Iã primas quoq; illas tres, quas memorauimus, fieri poteſt, vt redigas ad duas, ſic vt bina eorũ quæ curationẽ indicẽt ſuma capita ſint. Nẽpe præſens affectus, quẽ morbũ nominauimus, & q prius fuit, quẽ ſanitatẽ & naturalẽ habitũ diximus II.

Verũ quiſquis cõdere medendi methodũ exacte parat, huic à primis eſt indicatiõibus auſpicãdũ (quippe eius quod ſequitur, agendũve ſit, inſinuationem indicationẽ dicimus) has aũt medicatorias indicationes à tribus, à morbo ſ. à corporis tẽperie (ſub qua virtus ipſa cõprehenditur) & ab ambiẽte nos aere ſumẽdas eſſe Gal. docuit, ix. de met. me. quod ſi aliæ ſint, ad has reduçũtur. In hunc enĩ modũ ſcripſit Gal. In paucas ſummas cõpendii cauſa rem oẽm cogamus. Medicatoriæ indicationes à morbo ipſo ſumuntur, à corporis temperamẽto, & tertiò ambiente nos aere. Quod ſi aliæ quædã antea ſunt poſitæ, rurſusq; nõ hæ modo, verũ & aliæ dicentur; omnes tamẽ ex iis in partes diductis natæ videbuntur: per hæc quidẽ tria Gale. inſinuans, id quod à modernis dicitur, indicationem in curatione ſumendam à rebus naturalibus, non naturalibus, ac præter naturam. III. Ha

Digitized by Google

Harũ vero in curatione,prima eſt, quæ à morbo ſumitur indicatio: maxime enim in ſoluendo morbo intelligitur curatio,quæ cum ſit præſentis in corpore vitioſi affectus in naturalem habitũ mutatio , hiiq; affectus contrarii ſint: neceſſe eſt per contraria fiat eorum alterius in alterum tranſlatio. Atq; ita rurſus vna ſola erit curationum maxime generalis indicatio,nempe cõtrarietas,vt. ix. de med ·meth. docet Gale. qui. iii. eiuſdem ita ſcripſit in principio. Si igitur Hiero indicatio,quæ ab ipſa rei natura primũ oritur,quod agendum ſit inuenit: neceſſe eſt remediorum inueniendorum initium ex morborum ipſorum natura ſumi. Siqnidem abſurdum ſit aliud eſſe quod curandi rationem præſcribat, aliud quod curetur. Secundo itẽ eiuſdem. Porro finis propoſitæ nunc nobis tractationis conuenit inuenire cuiusq; morbi remedia. Quodnã igitur viæ, quæ huc perducit,ſtatuetur principium? Nẽpe morbi ipſius cognitio: qualis . ſ. is natura ſit vt prius eſt oſtẽſum. Quippe ſi id quod curatur is eſt , ratio profecto eſt, ab ipſo quoq; indicationes eſſe incipiendas. Idem & . iiii. his verbis. Rurſus igitur ad propoſitum redeamus,indubitatum illud principium præſumentes, quo etiam in præcedentibus ſumus vſi,vbi diximus affectum,qui curari deſiderat,id eſſe quod finẽ, quô medicus primũ tendit indicet,Ex hoc vero & reliqua omnia ſumi

Quem-

Quemadmodum igitur,(vt modo oſtendi) ea prior eſt medicandi indicatio, quæ à morbo ſumitur: ita quæ à virtute fit,& poſterior eſt,& interdum penitus negligitur: quãdoq; vero vel mediocriter neceſſaria, vel adeo parua, vt ferè lateat: hoc Gal. ix. meth: med. his verbis affirmat. Sic igitur & virtus neceſſaria ne conſideratu in ægris à medico ſit an non indagemus. Ego enim ſæpe maxime eſſe neceſſariam aio. Sic vt quæ circà ægrũ adminiſtrantur, omnia fermè eius vnius cauſa fiant, aliquãdo mediocriter neceſſariam, Sic vt aliquid ex hac quoq; ad ea, quæ facienda ſunt conſilii petatur. Nõ tamen præcipua faciendorũ ratio huc omnis referatur: Poſſum rurſus oſtendere tibi virtutem adeo exiguum ad inuenienda remedia conferre, vt propter exilitatem etiã lateat: Aliâs vero prætermitti, ac ſilentio præteriri quaſi prorſus ex vtiliter cõſiderandis non ſit,& iii. eiuſdem, quam à virtute ſumimus indicationem, coindicationem appellitat. Coindicantia, inquit, dico virtutem, & naturam,& etatem,& horã,& regionẽ. Quapropter cũ. viii. de meth. med. in diariis febribus nullam prorſus de virtute fecerit mentionem: hunc in modum in ix. ſubiunxit, de viribus tamẽ vel cauſa, quæ affectum creet in eo libro nihil eſſe dictum, propterea quod nec vires in diariis febribus, egregiam vllam prouidẽtiam

vllã prouidentiã requirant,vtpote validæ. Hinc quoq; ſit,quod in ægritudinibus,tũ peracutis,tum perperacutis(vbi virtutis robur adſit,medicus nihil penitus exhibet:quippe in curatione prima à morbo:in ſeruanda vero valetudine prior à virtute ſumitur indicatio: quod Gal. ix. de meth. med. teſtatur,qui de virtutibus loquẽs,ita inquit. Ergo has facultates ſeruare nihil planè eſt aliud,q̃ vitam ſeruare: Siquidem monſtratum eſt qualibet earũ amiſſa,neceſſe eſſe,& reliquas quoq; vnà perire. Ac propterea in opere de ſan. tuenda huc omne conſiliũ direximus. In hoc vero, quod eſt de meth. med. primum propoſitum,Et ei quod in opere de ſan. tuenda proponitur ad portionem reſpondens, morbi eſt ſublatio. Quãdo cuiuſmodi in illo ſanitatis eſt tuitio,ciuſmodi in hoc eſt morbi ſublatio. Quod ſi quiſpiam obiiceceret maximam eſſe ipſarum virium dignitatem , eamq; omniũ primam cuſtodiendam hominibus eſſe, atq; ab ea primã indicationẽ ſumendam Gal. .ix.x.& xi. meth. med.& primo reg. acutorum. Haliab. quinto practicæ iuſſiſſe,pro vita ſeruanda id intelligi dicimus : vel cum virtus nimium fuerit imbecillis: tũc etenim omnes alias indicationes extinguit. Prima igitur omnium indicatio ea eſt, quæ à virtute (vt expoſuimus) ſumitur,verum non ſic prima,vt quæ doceat curationem. V.

Raro

Raro prudens medicus in morbo curando virtutē adauget, ſed vel ipſam conſeruat, vt in longis morbis, vel parum debilitatam tuetur, vt in acutis, vel ſæpe demolitur, vt in ſanguinis miſſione vſq; ad animi defectionem, ac victu tenui & exquiſito: quod hoc pacto Gale. prima particula aphor. apho. quarto nobis declarauit, In ægrotantibus autem raro accidit, vt robur corporis maius reddere, quàm acceperimus ſtudeamus. Magna vero ex parte properamus, in lōgis quidem morbis fouere vires, in acutis vero parum debilitatas conſeruare. Nam ſi eas tales, quales accepimus, properemus in iſtis ſeruare, vel etiam augere, ſemper addemus ad morbum. Quod autem in euacuatione potius virtutis debilitatem, quàm euacuationis diminutionem eligamus docuit Hippocrates. i. particula. afor. aforiſ. xxiii. vbi inquit, Atq; vbi vſq; ad animi defectionem expedit ducere, faciendum, ſi æger poſſit tolerare: quod Galenus in cōmēto diffuſius declarauit: idipſum ix. de methodo medendi, in domino & ſeruo opere ipſo exercuit. quos vſque ad animi defectionem duxit, in ſanguinis miſſione. Id imitatus Princeps, quarta primi. cap. tertio. dixit: Cumq; humor illius fuerit generis, cuius eſſe oportet, & æger tolerare poteſt, non terreri debes ex ſuperfluitate: Quandoq; enim contingit quum te euacuare oportet vſque ad lipothomiam.

 Et cap.

Et cap.xx.eiuſdem his verbis. Licet in febribus ſyno
chis non curemus ſi vſq; ad ſyncopin perueniat,& in
principio apoplexiæ,& in ſynanchiis,& in magnis a-
poſtematibus pernicioſis,& in fortibus doloribus,hoc
ipſum prima.iii.de apoplexia & particularibus cura-
tionibus,& prima.iiii. de ſynocha,& aliis in locis la-
tius cõmonſtrauit. Quo in loco nec illud ſilentio in-
uoluendum, mirum videri recentiores quoſdam aſſe-
ruiſſe Galenum,& græcos omnes animoſiores,q̃ Aui.
& Arabes in ſanguinis miſſione fuiſſe. Cum tamen ex
adductis pateat Auic.quemadmodum & Gal.vbi cõ-
petere videbatur ad animi vſq; defectum flebotomaſ-
ſe. Niſi illud fortaſſe prima.iiii.t.ii.cap.vii. annotaue
rint,Conſilium meum in flebotomia eſt,vt dimittatur
quantum poſſibile eſt,quæ quidem verba ſecus intelli
genda ſunt,atq; ipſi interpretẽtur. Quippe id ſibi vult
Auicenna.In quibus morbis cõpetit ſanguinis miſſio
Si ab humoribus aliis à ſanguine, miſtis tamen ſangui
ni indicatio ſumatur, non debemus nimium audere:
quandoquidem ſuſpitio eſt ne humores,vel in furorẽ,
vel in cruditatem deducantur. Quod etiam.iiii. primi
cap.xx.clarius declaratur. VI.

Vnum illud eſt quod ſemper vbiq; ſeruandum eſt, vt
ægri vires medicus inſpiciat,& quãdiu ſupererunt ab
ſtinentia pugnet,ſi imbecillitatem vereri cœperit cibo

ſubue

ſubueniat. Quippe eam quam à morbo ſumi diximus indicationem nullum cibum expoſcere, ſed virtuti ipſum alimentũ deberi explanauit Gal. libro primo afo. afo, ix. cum dixit: Eſt autẽ hæc intentio vis ipſa ægrotãtis, cuius gratia nutrimus, neq; enim morbi cauſá, idipſum inſinuans afo. iiii. inquit. Eius aũt terminus eſt viriũ exoſolutio, quarum gratia nutrimus, & Auicen. prima. iiii. t. ii. cap. viii. Et ſcias quod ſi non eſſet illud quod pertinet virtuti eſſet magis neceſſarium, vt ſubtiliaretur cibus vltima ſubtiliatione, ſed virtus non ſuffert illud, & deficit: & cum deficit, non valet curatio. Quæ fuit Gal. quoq; ſententia. primo regi. acutorum. cõmento xliii. Vbi (vt in antiqua habetur tranſlatiõe) hæc verba ſcripta reliquit. Quod eſt quia comeſtio & potus in hora ſanitatis, & reliqua quæ fiũt in eis, in quibus fit iuuamentum, in hoc vt remaneat vita, nõ ſunt niſi propter hãc virtutem, Et propter eam etiam ſumitur cibus & potus in hora ægritudinis, quod eſt quia medicationem etiam ſignificat in primis diſpoſitio ægritudinis virtutis, aut conſeruatio nõ ſignificatur niſi propter vſum cibi tantum: quod ſi cibus non noceret in aliqua horarũ in aliqua rerum diſpoſitioni ægritudinis cibaremus ægros, ſicut cibamus ſanos conſiderãdo in virtute tãtum. Sed quoniam multoties nocet, ſicut diximus, oportet vt conſideremus propter illud in

diſpo-

Digitized by Google

diſpoſitione ægritudinis.& c.Et paulo inferius.Quia per cibum in ſeipſo non fit iuuamentum in aliqua ho rarum ægritudinis diſpoſitione: Cibus enim addit in morbum,& facit eũ preualere ſupra naturam,eo quod licet cibus amicus naturæ ſit, inimicatur tamen ei pro quanto amicatur inimico eius, quare eſt adiuuans vtrumq; eorum. Hæc Gal.qui & ad Glauconem primo cap.de cura tertianæ nothæ hunc in modum ſcripſit. Cibi vero,quantum ægroti robur adaugent, tantũ coctiones impediunt: propterea Auicenna prima quarti, t.ii.cap.viii. Et ſubtiliationem quidem (inquit) regiminis ægri ſignificat natura materiei(tam.ſ.quæ antecedẽs,quàm ea quæ coniũcta morbi cauſa dicitur) Et ſubſequitur,& poſſibilitas naturæ in digerendo ipſam & reſoluendo,& euacuando eam. Quo in loco omnes paſſim expoſitores per ſubtiliationem,cibi prohibitionem interpretantur,quam & ipſa morbi materia,& virtutis robur oſtẽdit. Quod ſi quis de virtutis tenore ambigeret,adiicere aliquid victui,potius quàm diminuere debet, & cibum pleniorem exhibere: Vnde Hali tertio practicæ: Regimen melius eſt, ſi dubitatio incidat virtutis,cum cibis cuſtodia,& odoribus iocũdis,& ſi morbum augeas: Si enim roboretur virtus curare poteris, & euacuare,& abſtinentiam imperare: Si vero ceciderit,nihil proficies paſcens,quoniam non digeret cibũ, nec ſuſci-

Digitized by Google

nec ſuſcipiet: ſi vero de ægritudine dubitauerit, tutius tenuiorē victū adhibebit, quod nobis monſtrauit Hippocrates.ii.regim.acutorum.textu.xxxvii: Et ibidem Galenus in cōmento: Et tertio reg.acutorū: Et prima particula aforiſmorum. aforiſmo. v. Præſertim ſi ita exponatur, quemadmodum quidam nuper recentiores ſenſerunt: in qua ſanè interpretatione licet ipſi plurimum glorientur: eam tamen ante ipſos & Galenus in commento inſinuauit. Et Thadæus eodem aforiſmo tetigit. Nec illud negauerim, aliorum quoq; expoſitorum ſententiam ſaluari poſſe, Quippe nulla alia videtur inter priores, & poſteriores expoſitores diſſenſio quàm ſi vel à virtute, vel à morbo, eiuſq; magnitudine ac paruitate, quis indicationem ſumpſerit: De hoc vero hactenus. Auicenna quoq; de morbi ambiguite pertractans, ſubtiliorem in ea victum commendauit: ita enim prima quarti.tract. ſecūdo. capit. octauo dixit. Et cum ambigua ſit tibi diſpoſitio in ægritudine, & non cognoſcis eam tunc vt declines ad ſubtiliationem melius eſt, quàm vt declines ad additionem, te obſeruante virtutem & tolerantiam: Et iterum cap. ſeptimo. Scias quod non eſt tibi poſſibile curare febrē niſi cognoueris eam, Quod ſi ignorau eris, tunc ſubtilia regimen.

Ab ipſa autem virium ſubſtantia inuẽtus eſt cibandi modus,& quo virtus fuerit valentior,tanto cibandum parcius: tunc præſertim,cum à morbo ſeuisq́ eius accidentibus natura moleſtatur: Sic etenimcircà morbi coctionẽ vacabit,nec ad cibos recenter aſſumptos conficiendos diſtrahetur. Debiliori vero virtuti tantum adddendum victui,quantum natura imbecillior expoſtulat. Quod Gal.xi.de med.meth.his verbis edocuit Quippe cum vires legitimum robur ſuum habent, & morbi ſummusvigor mature expectatur,tenuiſſimo victu licet vti. Cum ſunt infirmiores, non licet ſine graui noxa,Sed adiicere ad nutrimenta tantũ oportet,quãtum eſt de robore virium imminutum. Atq́ ex his cõſideratiõibus accipiẽdus eſt nutrimẽti modus VIII.

Quod ſi quandoq́ ægrotantibus minus cibi adhibeatur,nulla alia fit de cauſa,niſi vt virtus cuſtodiatur,ac expeditius circà morbi concoctionẽ occupetur. Quocirca Auicenna.iiii.primi.cap.i. Et nõ minuitur(ait) niſi cum vult virtutem cum hoc cuſtodire: Igitur inquantum nutrit,cuſtodit partem virtutis, & inquantũ minuit,cuſtodit partem materiei,ne natura tũc occupetur in digerendo multũ cibũ. IX.

Cibum vero tũc auferimus,cũ permittere volumus,vt natura humorum coctioni penitus incumbat,vt Auicennæ placuit,qui.iiii.primi. cap.i.de cibi quantitate

men-

tionem faciens dixit. Sed non prohibetur, niſi quũ me dicus vult, vt natura occupetur in maturatione humorum.

X.

Apta igitur ad commodam ciborum quãtitatem exhibendam hora hæc erit, vt quum minus in morbi coctione natura impeditur, remiſſioraq́ ſunt ægritudinis accidentia, pleniori victu reficienda ſit, quũ vero accidentia ſunt ſæuiora, & natura morbũ concoquit à copioſo cibo continenda eſt: Quippe nunc virtus victu craſſo referta morbi cauſam nõ expellet, cum ſit in cibi tranſmutatione impedita, quod ſenſit etiã Auicẽna iiii. primi. ca. i. Et quãto ægritudo plus principio propinquior fuerit, & accidentia magis quieta nutriemus virtutẽ confortentes. Et quãtum ægritudo ſecundum augmentum proceſſerit, & accidentia ibi etiam augmẽtata fuerint, minuemus diætam, in tẽpore quoq; ſtatus, regimen vehementer ſubtiliamus. Idem & .i. quarti. t. .ii. cap. viii. Et dignior quidem horarum ad ingroſſandum eſt hora, in qua virtus non eſt valde occupata in materia. Et dignior horarum ad ſubtiliationem eſt ſtatus hic enim eſt vehementia occupatiõis naturæ in pugna materiei. Et Hipp. i. partic. afo. afor. viii. Quando morbus in ſuo vigore cõſtiterit, tunc victu tenuiſſimo vtendum eſt: quem locum ibi Gal. exponẽs, hoc dixit fieri debere, tum propter caſuũ magnitudinem, tũ pro

E i pter

ter morbi coctionē: Neq; enim diſtrahere oportet naturā ad alterā nouā coctionem, cū eo tempore vni humorum noxiorum coctioni fortiter vacet, & haud ita multo poſt ipſos ſit euictura. XI.

Cæterū magis in nocte, q̄ in die naturam in decoquendo morbo detineri, vehementioribusq; infeſtari accidētibus in.iiii. problematū ſectione, problemate vltimo teſtatur Alexander. vbi quærens, cur noctu magis dolores intendantur, hoc pacto inquit. Quum anima per ſeſe ocioſa, neq; viſu, neq; auditu, neq; guſtu, neq; reliquis exercita ſenſibus extrorſusq; diſtracta actionibus lōge à corporalibus langoribus præuenitur, qui tactui obnoxii ſunt: exiguæ enim noctu animales fiunt exercitationes, anhelatio inq̄ & ratiocinatio: Quod aūt extrinſecus à ſuis diſtracta exercitiis anima minus à corporalibus præueniatur, vel ex hoc liquet, quod affectus & morbi, & reliquæ circunſtantiæ amicorum cōſuetudiue & colloquio ſedantur, & ab ægrotantibus familiarium cōſolationibus auferuntur. Inſpice ſanè naturam vt ſe erga ſua exercitia interdiu minus exerceat erga ciborum inquam concoctiones, humorum tranſmutationes, ſanguinis emiſſiones, reiectiones, nutricationes, productiones, ſimilitudines, & id genus alia. Anima vero erga ſua ſe magis exercet officia quinq; ſenſus & membrorum motus, & circà viſionē, & ſermocinacionem

Digitized by Google

onem & memoriã: Noctu aũt ecõtrario magis quidem natura proficit, anima vero minus. Et id ipſum cõprobat Cornelius Celſus libro .iii. cap. v. his verbis. Alii veſpere ægro cibũ dant, ſed cũ eo tempore fere peſſimi ſint qui ægrotant, verendum eſt, ne ſi quid tunc mouerimus fiat aliquid aſperius. Auicena .ii. quarti. t. i. ca. .iiii. in fine. Et ſcias quod ægritudines & accidẽtia fortia fiunt in nocte: quoniam natura occupatur in digerendo materiam. Et .ii. quarti. t. ii. cap. .ciii. Et vehementiores (inquit) fiunt motus ægritudinum, & accidentia earum in nocte, propter vehementiam occupationis naturæ in digerendo materiam tunc ab omni re. i. cum tunc omni re priuetur, quæ eam à digeſtione poſſet diſturbare. Naturam quoq; in nocte morborum aggredi concoctionem, teſtimonio eſſe poſſunt vehementiora, quæ noctu ſæpe cõtingũt accidentia: perinde enĩ accidit atq; in maturatione apoſtematum, dum pus generatur, de quo Hippocrates .ii. particula aforiſmorũ aforiſ. xlvii. dixit. Dum pus conficitur, dolores ac febres accidunt magis, quàm confecto. Tale enim quid (inquit Gale. primo Criſiũ) accidit in humorum crudorum coctiõe, quale & in membris inflammationem patientibus. Præterea cum humorũ motus lunæ tribuatur, quæ fortius in nocte operatur, quia ſua tũc viget poteſtas, morbũ vehementius mouebit, quo natura ma

 gis mole

moleſtabitur, & hæc ab exterioribus minus diſtracta, acrius cõtra morbum inſurget: noxiam materiã ſegregabit, & ad varia demandabit expulſionum loca: Nempe ſomnus, quemadmodum cibum, ſic & noxiã materiam cõficit: quod Gal. ii. reg. acutorũ cõmento xlvi. apertiſſime affirmauit, & xii. met. med. Sõnus (inquit) malos humores cõcoquit, vigiliæ digerũt. XII.

Fortior namq; redditur in nocte calor naturalis, quia in ſomno in profundum corporis retrocedit, vt Ariſtot. in libello de ſomno & vigilia, & Hip. quoq; ſenſit, iuxta illud Gal. ii. part. afor. afor. i. dicentis, Ipſe etenim Hipp. vult hominem vigilantẽ extrinſecus eſſe calidiorem, dormientẽ vero contrario modo ſe habere: id nos edocẽs, quod etiã quibuſdã aliis rerũ naturaliũ ſtudioſis viſum eſt ſomnũ atq; vigilias fieri ſecũdũ innati caloris motiones: eadem fuit Auicen. ſententia. i. tertii. t. iiii. cap. i. aſſerẽtis quod ſomnus eſt reditus ſpiritus animalis &c. XIII.

Ex qua certe caloris naturalis, quæ fit in ſomno reuocatiõe potẽtiores virtutes naturales redduntur, vt Hip. i. partic. afo. afo. xv. & Gale. in cõmento autumat, & idem de mor. & ſymp. iiii. his verbis. Itaq; in toto hoc tempore, quo quis dormit, animalis facultas quieſcere, naturalis vero validius agere videtur. Et Ariſtot. in libello de ſomno & vigilia inquit, Signũ autem quoniã

opus

opus ſuum facit nutritiua particula in dormiendo magis q̄ vigilando: nutriuntur autē & augentur tunc magis, tanq̄ nihil egētia ad hoc ſenſu. Idem opinatur Auicenna. ii. primi. doct. ii. ſumm. i. cap. xiii. dicens. Dicemus ergo quod ſomnus omnes operationes naturales fortes efficit, propterea quod calorem continet innatū. Et Gale. cōmento. v iii. pulſuū, ait, A poetis eſt audire dicentibus. Somnus mortis enunciatio exiſtit. Solum eam, quæ circa cibum adiuuans operationem. Alia vero ſunt omnia morientibus ſimilia, puta nō videre, nō audire, non ſapere, non intelligere, non loqui, inſenſibilem, immobilem, irrationalem proiectum eſſe. Et Ariſtot. de generatione animaliū. v. cap. i. Sōnus enim (inquit) videtur ſecundum naturam veluti eius, quod eſt viuere & non viuere.

XIIII.

Cibo potuq́ animal indigere diximus, vt quod actione caloris, vel naturalis, vel ambientis nos aeris effluxerit, inſtauretur, & alimentum ipſum, in ſanis quidem corporibus pro eius portiōe eſſe debere affirmamus, quod fuerit diſſolutū: id tamen nequaq̄ in ægrotantibus verum eſſe aſſerimus: quippe in iis qui materiali ægritudine laborant, nullo pacto nutrimentum diſſolutioni æquandum eſt, quod hoc exemplo fiet manifeſtū. Maior etenim in ſtatu, q̄ in augmēto, & in incremento maior q̄ in principio fit ipſa ſanè diſſolutio. Attamen minus

nus in ſtatu q̃ in augmẽto,& in hoc minus, q̃ in principio nutrimus,nõ ſolũ præſentem virtutis tenorẽ cõſiderãtes,ſed futuram eius diſpoſitionem proſpicientes. Enimuero quũ natura cõtra morbũ certamen aggreditur ab illius coctiõe detẽta, ſæuiſſimisq; perterrita accidẽtibus,nõ debet diſtrahi vllo pacto, nec occupari in cõficiẽdo cibo,quẽ tũc probè cõcoquere neqt, Duplex enĩ pararetur incõmodũ,quia & natura à cõficiẽdo morbo auocaretur,& ipſum alimẽtũ minus vtile fieret.Nõ enĩ ex his quæ deuorarit qs (vt inqt Gal.xi de met.med.) ſed ex iis quæ iã in dictis viſceribus cõfecerit alimẽtũ toti corpori ſuppeditatur. XV.

Quamuis autem virium ſubſiſtentia (à qua non debet medicus mentem auertere)tum ex ſpiritu, tum ex carnoſa ſpecie,tum ſolidis ipſis compleatur, vt Gale. placuit xi.de med.meth.& moliri cuiq; ſuam cuſtodiam conueniat ſpiritui ex reſpiriratione ac tranſpiratione; & qui ex ſanguinis attollitur vapore; vel ſanguinis attenuationem,vel in halitũ ſolutionem id appe la ueris). Solidorum vero generi ex ſolido nutrimento, carnoſo generi per eam naturam,quæ in medio humidorum ac ſolidorum corporum eſt. Attamen nõ cum his ſolum virtuti opitulabitur,Sed quemadmodũ nos docuit Gale.ix.de med.meth. his verbis. Atq; huius cuſtodiæ pars eſt,vbi temperiem ipſam præſentem ſeruamus.

uamus,vel abſentem inducimus. XVI.

Ab omnibus certè quas hucuſq; recenuimus indicati onibus auſpicandum eſt,atq; hinc ad ad eas quæ dein-ceps ſunt tranſeundũ,rurſuſq; ab his ad proximas pergendum ei,qui exacte medendi artem comparare deſiderat. Enimuero xi. de med. meth. dicebat Gal. quãdo ſi vel vnã aliquã earũ prætereat ad portionẽ tũ magnitudinis illius tũ facultatis,curatio claudicabit. XVII.

Ideo omniũ obſeruationem firma memoria tenere debet,& quid cũ quo,& quid à quo,& quid poſt quid optime cognoſcere, nec ſolũ ad ea quæ præſentia ſunt ſe accõmodet diligens medicus,ſed futura præuideat,ne quid deterius contingat,vt Gal. x. de med. meth. ſapiẽtiſſime iuſſit. quare iure ipſo de med. met. viii. dicebat Tũ exercitatũ in omnibus tum natura prudentemeſſe medicũ decet, quo cuiuſq; indicationis poteſtate diligẽter cõſiderata omnibuſq; inter ſe collatis quæ laborãti ſint cõmoda cõparet. XVIII.

At virtutis imbecillitas(vt eò reuertar)tũ ex alimẽti defectu,tũ intẽperie,vel ex pura, vel cũ materia admixta cõtingit. Quapropter Aui. prima. iiii. t. ii. c. vii. Si inueneris (ait) virtutẽ deficientẽ ſis occupatus in æquãdo complexionẽ contrariã , & viuifica virtutem cum cibo. Itidem xvi. tertii,vbi de fluxu pertractat, inquit, Si contingit,vt virtus cadat, tum æqua complexionẽ:

Nam

nam fortitudo virtutis inſequitur temperamentũ cõplexionis,& viuifica virtutem cum exercitio,quod ipſe tolerat,ſaltem cum fricatione.Et Gal.vii. de meth. med.Defectum intelligo,quod auget malam cõplexionem,quæ facit deficere virtutem,auget defectum, quia vigor naturæ in temperamento exiſtit XIX.

Huius adhuc duplex eſt virtutis defectio: Altera propria ac verior,quæ per reſolutionem fit, ex venarũ & eorũ quæ ſunt virtutis quaſi fundamẽta quædã inanitione procedẽs. Cuius cauſa eſt , oẽ quod corpus exterminat,vtpote cibi & potus abſtinentia,labores,vigiliæ euacuationes,& occultæ & manifeſtæ,quas adiuuat ſpirituum paucitas,atq; ſubtilitas,& humorum, & meatuum corporis raritas. Altera quæ minus propria appellatur ab aggrauatione potius proficiſcitur: dum.ſ. ab intemperie,morbi acuitate,accidentiũ moleſtia & humorum multitudine nimium natura grauatur, & calidum ſuffocatur innatum: Sicut vnuſquiſq; ex Gal.cognoſcere poteſt.ii.regim.acutorum . commento quadrageſimo ſeptimo. XX

Gubernant autem animal (vt cum Gal.loquar.ix. de meth.med.ex auctoritate Platonis)tres diuerſi inter ſe generis facultates toti corpori ex ſuo quodã veluti fonte quæq; diſtributa,Eas Plato animas vocat,propriam cuiuſq; ſubſtantiam inueniens. Eſt enim earum quædam

dam ad nutriendum animal neceſſaria,ac ſtirpibus cō munis,quæ iecur veluti pro fonte habet:Canales vero ab hoc in totum corpus ſparſos ipſas venas: hanc ſeu appetitricē,ſeu naturalem,ſeu altricem voces nihil intereſt,veluti nec ſi animam,aut facultatē appelles,Altera eſt,quæ nō modo vt ſtirpibus,aut vita præditis,ſed etiā vt animalibus nobis eſt inſita. Hæc ſedem in corde habet. Ipſo quoq; inſiti caloris quodam ceu fonte. ab hoc fonte canales arteriæ ſunt, vocaturq; hæc multis ſanè noībus. Nā & facultas,ſiue virtus vitalis,& facultas,ſiue virtus animoſa & aīa animoſa dicitur. tertia ratiocinatrix in cerebro domiciliū habet:ea volūtariis actiōibus vnà cū ſenſibus præſidet. Vtitur & hæc particulis quibuſdam,ceu canalibus,nēpe ipſis neruis,ſenſum motumq; per hos in totum animal tranſmittens. Et quāuis has omnes facultates ſeruare oporteat (quippe hoc eſt vitam ſeruare) in iis tamen qui materiali ægritudine detinentur ipſa naturalis facultas inprimis eſt cuſtodienda,vtpote quæ materiam noxiā & conficiat & expellat. Et hoc quidem ſi cordis opus ad pulſatilem actionem cōtrahatur. Hoc enim pacto prior eſt naturalis epatis virtutis cuſtodia : Poſterior vero eius, quæ hoc pacto cordi aſſignatur. Etenim pulſatili quēadmodum & motiua facultate nō admodum forti indigemus. At concoctrix ipſa poteſtas potens & valida

 mul-

multũ eſſe debet.xi.de med.meth. Non igitur eo modo accipienda eſt cordis ipſa facultas,quo ab ea (ſecũdum Ariſtotelem) omnes virtutes prodeant,Nẽpe hac ſemper fortiori indigemus. propterea Gal. vii.de me. meth.hæc verba protulit.Quoniã aũt nõ par eſt actionũ dignitas ad ægros ſeruãdos, ſed aliæ magis his,aliæ minus ſalutares ſunt vtiq; ad portionẽ actionum dignitatis etiã cuiuſq; partis proſpiciendum eſt robori, Maxima igitur eſt cordis officii dignitas,atq; ægrotãtibus maxime oĩm neceſſaria.cerebri vero ad vitã quidẽ par eſt momentũ,nõ tamẽ par robur eius in ægrotis requirimus.Cum neceſſe omnibus nõ ſit neruorum ac muſculorũ opera vti.Itaq; abunde fuerit,ſi tantũ eius ſeruatum ſit,quo reſpirationis munus ſit obeundum. At vero iocinoris opus omnibus particulis perneceſſariũ eſt, non tamen adeo ſaltem perpetuam neceſſitatem habet, ſicut ipſius cordis.

XXI.

Quo vero animal ſuſtẽtatur,& quod effluxit reſarcitur totius victus forma (præter tentatiuũ cibandi modũ de quo ſuperius diximus) duplex ſanè eſt, Altera vniuerſalis quidem,ſiue irregularis dicatur. Altera particularis,quæ iure appellabitur regularis. Prima ea eſt, quã medicus mente cõplectitur,ab initio ægritudinis quouſq; compleatur,vel ſaltem vſq; ad finem ſtatus ægroto conuenire. Et hanc victus figurã ſibi medicus aſſumit

mit ex viribus ægrotantis,& ex futuro totius morbi vigore,cũ.ſ.is diſtantior,vel nõ multo poſt ſit affuturus, quæ quidẽ cibandi forma,variã ſeſe medico exhibet,& diuerſam pro ægritudinis vel lõgitudine,vel breuitate Altera vero exhibendi cibi figura eſt, quã medicus putat ægritudini particulatim competere,manè.ſ.vel veſpere conuenientibusq́ tum horis,tum diebus,in principio,vel in proceſſu per tempora particularia,vel vniuerſalia,quas particulares ciborũ oblationes ex præſentibus ægri diſpoſitionibus ex cauſis primitiuis ac particularibus acceſſionibus ſibi medicus coniectuatur, & potiſſimũ hãc cibandi formã medicus ex molliori vel acutiori morbo metitur,dum ſingula ad virtutẽ diligẽtiſſime refert.licet hoc ex Gal.colligere.i.partic.afor. afor.xi.

XXII

Duplex adhuc eſt nutriendi forma, Altera electa,quæ omnino cibum adminiſtrãdum indicat: cum nihil occurrat quod videatur nutrimentum prohibere,Cuiuſmodi ſanis corporibus ad roboris perpetuitatem & cõualeſcentibus reſumendarum virium gratia contingit. Vnde cibatos conſeruans, vel virtutis robur adaugens appellatur. Altera dicitur neceſſaria, in qua & ea conueniunt,quæ cibandum iubent,& ea quæ penitus prohibent alimentum dari. Et hæc tum ægris, tum neutris decidentiæ corporibus vſu venit.

Digitized by Google

Namq; ex Hippo. Non pura corpora, quanto plus nũ tries, tanto magis lædes. Duplicem vero hãc (quã modo dicebam) cibandi figurã ex Gal. ix. de meth. med. elici cognoſcet, qui illius verba notarit. XXIII.

Cum itaq; corrumpatur adueniens alimentum corpori malos humores habenti, ita quod ipſius quidem quãtitas augeatur, qualitas vero ſeruetur: proculdubio tenuis victus licet ob id ægris nocere videatur, quod vires quoquomodo diſſoluat, plurimũ tamen confert dũ virtus nimio cibo minime grauata facilius ac validius in ſingula accidentia & morbum cõficiendum incumbit, Cum tamen ſanis tenue nutrimentũ officiat. quippe in his ſemper oportet robur ſeruare naturæ, vel alimentis augere: in ægris autem id nõ contingit, vt ſupra monſtrauimus Et hæc propoſitio, quod nocet ſanis, ægris quoq; obeſt, nequaq̃ vera eſt: Sed ſolum tunc veritatem continet, quum omnia pariter indicantia conueniunt: Vnde ſi in valentibus conſenſus agendorũ omnium ſit ad pleniorem victum, ægrorũ tamen plurimi cibum tenuiorem exigere videntur, vt .ſ. natura concoquendo morbo ſit magis intenta, vt ſupra declarauimus: Cum præſertim in ægrotis membra ipſa vel intemperie, vel noxio humore praue affecta nõ multum appetant. Inſuper calor naturalis, qui morbum conficere nititur, minus, q̃ in ſanis efficeret, de humido radicali ab-

cali abſumit. quare minor ſit in illis humidi innati effluxus: quo fit vt hmōi corpora minori indigeāt alimẽto, quo diſſolutũ ſuppleatur. Hæc & ſi vel mediocriter erudito perſpicua ſint, ex Auice. tamen confirmãtur, qui. xiii. tertii. t. ii. cap. vii. de cauſis deſtructionis appetitus, in hũc modum ſcripſit. Et quandoq; fit propter repletionem corporis & paucitatem reſolutionis & occupationis naturæ in rectificando humorem malum. Sicut fit in febribus in quibus toleratur dimiſſio cibi tempore extenſo, quoniam natura non ſugit ex venis, neq; venæ ex ſtomacho, propterea quia natura laborat ad expellendũ, & refugit ab attractione, & ſicut abſtineret vrſus & ericius, & plurima animalia à cibo ĩ hyeme tempore extenſo: quoniã occupatur natura in rectificando illud quod eſt in corporibus eorum ex humoribus crudis, & digerendo ipſum, & adminiſtrãdo ipſum loco eius quod reſoluitur, & vltimum neceſſitas cibi eſt, vt ſuppleat locũ eius quod reſoluitur. Quãdo ergo non eſt reſolutio, aut eſt parua, non eſt neceſſarius cibus extrinſecus. XXIIII.

Poſtremo (ne hoc ſilentio prætercam) maior in nocte ſanè, q̃ in die fit vaporum aſcenſus ad caput, poteſt vnuſquiſq; id ex Gal. perdiſcere. iiii. partic. aſo. cõmento. lxvii. ita dicente. Hoc autem videtur contingere (loquitur enim de conuulſione, & timore accidẽtibus in

ſom

ſomno) quando in ſomnis ad cerebrum humor infeſtus peruenerit,tūc magis intra q̄ extra natura mota,& quidem ſicuti à cibo ad ſomnum conuerſis impletur caput, Sic in plectoricis diſpoſitionibus ſomni ipſum replentes aggrauant cerebrum. Et paulo poſt in calce eiuſdem commenti:non ſolum autem in cerebro ipſo mali humores aceruati tales afferunt caſus,ſed & in ipſo ore ventriculi:quare & in ſomnis magis euaporant, cum incocti permaneant,ſicuti coctiones vtiles ſomnos inducunt. Hoc idem colligitur ex Auicen. & Auerr. i.Cāt.t.& cōmēto.cxxxix.&.ii.eiuſdem.xi.vbi inquiunt.Ex ſomno lōgiore q̄ par eſt impleri caput vaporibus,& præſertim ſi is,in quo fit ſomnus ieiunus fuerit. Et in eadem.ii.iiii.i. Auer.ait.Somnos qui cibos ingeſtos excipiūt,caput vaporibus opplere, vigilias autem illi repletioni eſſe impedimēto,ſed de hoc diffuſius infra dicetur.Ex iis omnibus veluti in conſpectum quēdam adductis ſuppoſitis,quæ axiomatis loco habenda ſunt,ſatis liquido patere arbitror,longe ſatius ægrotis eſſe copioſius prandere, parcius vero cœnare. Quippe cum ſimiles in curatione indicationes occurrāt ex primo & ſecundo Suppoſito.Prima ea eſt, quæ morbum auferendum indicat ex tertio. A virtute autem,indicatio ſumpta potius coindicatio appellatur, & in curatione quandoq̧ negligitur, vt ex quarto habetur Suppo

ſito

ſito. Itaq; propter morbum nullo pacto (niſi ex aliquo accidente) conuenit ægrotantibus plus in cœna, quàm in prandio exhibere. Etenim ex ſexto Suppoſito, Nullum prorſus cibum morbus expoſcit: Sed cuſtodiendæ ſolum virtutis gratia nutrimus, ex octauo. Et ob id dicebat Hippocrates ſeptimo libro afor. aforiſ. lxii. Si quis cibum febricitanti dederit, vt ſano robur, ſic laboranti morbus. Et Galen. in commento, Vel per Iouem inquit, Sanis quidem auget robur, morbum vero laborantibus. Rurſus eo potiſſimum tempore minus cibandum eſt, quo ſæuioribus morbi accidentibus natura infeſtatur, morbum aggreditur, & tota in humoribus noxiis euincendis occupatur: ne ſcilicet aliqua noua coctione impediatur. ex nono & decimo Suppoſito: Sed ex vndecimo. hoc (vt in pluribus) in nocte contingit. Igitur quæ à morbo ſumitur indicatio, parcius omnino cœnandum eſſe, plenius vero prandendum oſtendit.

Prætere a Virtus ipſa (cuius gratia nutrimus) idem ſanè demonſtrat. Enimuero cum raro contingat in morbis, vt virtus ſit augenda, Sed vel conſeruanda, vt in longis ægritudinibus, vel parũ debilitata cuſtodiẽda, vt in acutis, ex :v: Suppoſito. particularis certe ciborũ oblatio, quæ & neceſſaria cibãdi figura dicitur ex xxii Suppoſi-

Suppoſito tenuior tunc adminiſtranda eſt, quum virtus eſt fortior atq; validior ex vii. Suppoſito. Sed in nocte tum aeris ambientis frigiditate, tum ſomno ad interiora collectus calor naturalis ex xii. Suppoſito, potentior quidem efficitur, queadmodũ ex. xiii. patuit. Quãobrem ægroti parcius in veſpere, q̃ in mane reficiẽdi ſunt: cum præſertim ægrotis non ſit exhibendum alimentum pro illius quantitate, quod fuerit diſſolutum ex xiiii. ſuppoſito. Quod ſi ex tenuiori victu aliquãtulum vires debilitari contingat, magna tamen inde cõparatur vtilitas: Nempe virtus ad deuincendum morbum redditur attentior ac expeditior, quod. xxiii. Suppoſitũ abunde declarauit. Adde quod non ſolũ ex pauco alimento, ſed ex ſuperuacua potius materia onerante atq; ex ipſa corporis intẽperie huiuſcemodi accidit viriũ imbecillitas, ex xviii. Suppoſito. Quo fit quod ſi æger à cibo cõtineatur, & intemperies facilius emendatur, & vires ſuperſunt & conſeruantur, ex xv. Suppoſito. Sed multo efficacius naturæ ſubueniemus, ſi quo tempore ipſa in conficiendo morbo remouendaq; intemperie detinetur, omne aliud nouæ coctionis auferemus impedimentum. ex x. Suppoſito. Verum in nocte ſæuiora, vt in pluribns contingunt morbi accidentia, noxiam materiam natura aggreditur, ac malis concoquendis humoribus occupatur, ex xi. Suppoſito. Parcius

cius igitur in cœna,copioſius vero in prandio eſt comedendum. Hactenus ſatis ſuperq; oſtendiſſe videor, tenuius in cœna,q̃ in prandio eſitare iis plurimum cõferre,qui materiali ægritudine laborant. Rurſus monſtrandum eſt eos optimum ſeruare præceptũ, qui vberius in prandio comedẽdum iuſſerint. Siquidem medici quiq; præſtantiſſimi in principio morbi,qui per criſim terminaturus ſit vberius alimentum prebent,in ſtatu vero,aut nullum prorſus,aut tenuius offerunt. Igitur cum dies ipſi principio,nox vero ſtatui reſpondeat copioſius ſanè in prandio,q̃ in cœna cibandũ erit. Huc accedit,quod quum nõ ſolũ præſentia cernere, ſed ad futura attentũ eſſe medicũ oporteat,nequid deterius cõtingat,ex.xviii. Suppoſito. In curando morbo proſpicere decet,vt naturalis virtus,cuius in primis fortitudo quæritur,tunc potens ac valida ſit,cũ morbum aggredi natura tentauerit. Sed cum in nocte huinſmodi pugnam inire ſoleat.ex.xi. Suppoſito. validior ac fortior tunc ſanè erit,ſi copioſius in mane fuerit refecta. Nempe ex cibo mane ingeſto,atq; poſtmodum in nocte iam probè concocto multum ſanguinis ac ſpirituum pro virtute roborãda ſuggeritur perfecte iam appoſito vnito atq; aſſimilato nutrimẽto. Ex illo autem qui in cœna ſumitur alimento non prius, q̃ in aurora confecto, non tantum roboris, quo tempore natura indigeret to

 ti cor-

ti corpori ſuppeditatur.
Ex quibus luce meridiana clarius apparet, præcipiētes ægris, vt copioſius cœnent, parcius vero prandeant, vitã in diſcrimē haud leue inducere. Atq; hæc adeo manifeſta, & vel mediocribus literis inſtituto perſpicua eſſe arbitror: vt (quemadmodũ ait Gal. viii. de meth. med.) logiatros .i. verbis tenus medicos eos eſſe dixerim, qui huiuſmodi ignorauerint. quomõ enim nõ iure hac appellatione cenſeantur, qui ea neſciant, quæ nemo è vulgo ignorat? quomodo non meritiſſime irridēdi carpendiq;, q etiã cũ talia ignorēt Hippocrati ſe præponunt. Verum illorum ſtupiditatem nec Mercurius quidem ipſe cum muſis ſanauerit.

LIBER TERTIVS

Hactenus ſatis oſtēſum eſſe arbitror iis qui materiali totius corporis ægritudine laborãt, copioſius in mane, q̃ in veſpere alimentũ eſſe exhibendũ. Rurſus & capitis quoq; affectibus tenuiorē cœnã, prandiũ autē cõuenire vberius, cõtra falſam Odi ſententiã & auctoritatibus, & rationibus commonſtrabimus. Auctoritas quidem prima eſt principis .1. tertii. t. i. cap. xi. quo in loco epilepſiæ curationem docens in hunc modũ ſcripſit. Et ille cuius conſuetudo non tolerat, vt ſemel reficiatur, diuidat cibum ſuũ, qui eſt minor refectione ſua in tres partes, & ſumat duas tertias in prandio, tertiam eius in cœna poſt

na poſt exercitium ſubtile.& c. In quibus verbis ma-
nifeſte videtur Auicēna aſſerere in epilepſia parcius cœ
nandum,liberalius vero prandendum.Cui & ratio ip-
ſa aſſentitur. Cum in ſomno ex cibo ingeſto multi ab
innato calore ad interiora ſe colligente gignantur va-
pores,qui cum per obſtructos cutis meatus extraferri
non poſſint,intra corpus detēti atq; ſurſum eleuati ca-
put facile opplebunt. At in vigilia geniti, vtpote calo
re ad externas partes acto pauciores ſunt, qui eiuſdem
cutis meatibus reſeratis facile diſflare poſſunt. his igi-
tur qui aliqua capitis ægritudine premūtur,melius eſt,
ſi plus cibi in prandio,q̃ in cœna tribuatur,ſecus immi
neret periculum, ne ſi liberalius cœnauerint caput va-
poribus impleretur. His cupiens Odus ſatisfacere mul
ta pro ſua confirmanda reſponſione adducit, quæ poti
us eam reddūt infirmiorem.Notat ipſe in primis. Ex
cibo duo vaporum genera produci,vt ex Gale.colligi
tur in tertio de cauſis pulſuum libro,qui commentum
introductorii de pulſibus inſcribitur. Alii enim vapo-
res ſunt naturali calori maxime affines,qui ſuaues exi-
ſtunt,quales ſunt,qui ex dulci aqua calida euaporāt,ex
quibus ſomnū fieri naturalē in v.theo.cap.xxxv ſcrip
ſit Haliab. in hunc modum. Somnus igitur naturalis
ex humiditate eſt cerebri tēperata,& vaporū aſcēſu hu
midorū,q clari ſunt,& boni à corpore ad cerebrū.&c.

Alii vero cum innato calore affinitatem non habent, qui quidem duplices ſunt: aut enim fuliginoſi & acres ſunt, quales ſunt qui ex aliquo exuſto corpore exhalãt aut craſſi, quales qui ex terra madida in mediis cõſtitutionibus caloris actione proficiſci cernimus. Quippe priores ex naturali calore cibos optime concoquente modice generantur, quorũ expulſionem tantum abeſt naturam inquirere, vt ex iis calor tum nutriatur, tũ humectetur, quũ vigilia aut labore ſiccius redditus eſt, vt ex Gal. colligitur, in. iii. de cauſis pulſuũ citato: qui vero fuliginoſi ſunt ex calore cibũ, vel aliquam eius partem veluti adurẽte producuntur. Siquidẽ tale quid his accidit, qui validum habentes calorem innatum cibos concoqui faciles, & paucos ingerunt; Poſtremi vero gignuntur, quũ alimenti quantitas, aut qualitas, aut caloris imbecillitas moderata, & alia id genus maturam ciborũ coctionem fieri prohibent. Hac enim ratione flatus generari ſcripſit Gal. in vi. de Symt. cauſis cap. ii. Cum itaq; calor naturalis probe cibos conficiet, moderatam vtiq; ſuauium vaporũ quantitatem, aliorum autem paucam generabit. Si vero calor vehementior fuerit, q̃ pro iuſta ciborum coctione eſſe oporteat, plures quidem ex his, qui acres ſunt, pauciores autẽ ex modo dictis producentur. Eodem pariter modo ſi calor naturalis imbecillior fuerit, non ita tamen, vt nullum ſenſile opus

le opus in cibos efficere poſſit, ſed ita vt cibos veluti diſſoluat,non autē penitus conficiat,ex poſtremis plurimi,ex prioribus autem pauci exoriētur. Præterea ſciendum quoq; (inquit) calorem innatum nō tantum vt corpus nutriatur,ſed vt ſuperfluitates excernãtur, atq; expurgentur prouidentiam habere,vt Gale. placuit in xv. afo. expoſitiōe. i. particulæ afo. & in libro de potē. nat. volumine. i. cap. x. Qui quidem calor, quanto fortior extiterit,nō modo nutritionem (vbi tantum habuerit alimenti,quantum poteſt peruincere) ſed etiam ſuperfluitatum expulſionem, ſiue per cutem, ſiue per exſpirationem,ſiue per vrinam melius operabitur, vt ſenſit Gal. in expoſitione ſuperius adducta. Clariorem adhuc vt ſuam faciat ſententiam Odus, Illud quoq; animaduertendū eſſe inquit,quod in ſomno,per quos meatus poſſunt vapores ad caput aſcendere,non ita facile vt in vigilia poſſunt pertranſire. Atq; id probare nititur,eam quam nos ſuperiori volumine attulimus, vaporum diſtinctionem adducens. Sed ego profecto miror in errata tam manifeſta hominem hunc incidiſſe. vix enim talia refellenda ſunt,cum ſeipſa refellant, ac ſibi ipſis repugnent. Ipſe namq; conatur oſtendere,tum ægris,tum ſanis,plus in cœna,q̄ in prandio eſſe comedendum,ob has præſertim cauſas, quia in nocte calor naturalis,& optime cibum concoquit, & ſuaues ex ali

men

mento vapores generat,qui iis obſtructis meatibus, per quos poſſunt caput pertingere ipſum nō opplebūt. Cæterū ea omnia,quæ ab Odo afferūtur,ſibi maiorē in modum officiūt,& noſtrā opinionē plurimū confirmāt. Quandoquidē cōcludunt & iis qui adhuc nō vere cōualuerunt,& neutris decidētiæ atq; etiā materiali ægritudine laborantibus,parcius eſſe cœnādum,vberius vero prandendum. Simul & illud quoq; falſiſſimū eſſe & bonos in iis gigni vapores,& nō poſſe in ſomno ad caput aſcēdere,ipſumq; opplere. Primū facile declaratur, ſi illud prius ſupponatur,quod Gale.i.de criſi.cap.x. expreſſit ægrotantibus.ſ.debiliorē, q̄ ſanis ineſſe virtutē,Itaq; in iis,qui vel nūc ægri ſunt,vel paulò ante egrotabant,nec adhuc vere cōualuerūt, vel ſtatim vt ſupponitur,materiali ægritudine corripientur cū mali ſuperabundent humores,ſi vberior cena offeratur. Calor naturalis,qui quēadmodū in cibos,ſic & in noxios humores cōcoquēdos vt.ii.reg.acu.cōmē.xlvi.ſcripſit Gal. attētius in nocte incūbit, cibis nuper ingeſtis impeditus,& ab humorū concoctione retrahitur,& ad vtrūq; reddetur imbecillior:neq; enim tāta vis ineſt vt vtrūq; poſſit cōficere,cū præſertim imbecilliorem, q̄ in ſanis eſſe dixerimus. Secundū quoq; ex illa vaporū diſtinctione ſuppoſita,hoc pacto oſtenditur. Debilior effectus calor naturalis malos illos humores, veluti cōcutiens, mul-

multos malos, paucos bonos, quibus caput oppletur, producit vapores, idq; potiſſimũ in ſomno cõtingit, in quo cibi, noxiæq; materiæ cõcoctionẽ obnixius aggreditur. Etenim nõ tot in die gignũtur vapores, cũ nõ tã probè agat in die calor naturalis in cibos, vel in humores noxios cõcoquẽdos. & qui producũtur, & per apertos cutis meatus facilius difflabũt. & caput minus implebũt: at ĩ nocte plures & mali geniti vapores in somnõ caput petentes magis q̃ in vigilia ipſum grauabũt. Sic itaq; patet, hæc aduerſus Odũ valide pugnare et noſtræ opiniõi mirifice opitulari. Melius. ſ. eſſe eos quos ſupra diximus parcius cenare, liberalius vero prãdere. Nec obſtat quod ex Gal. Auice. & Haliab. adducitur. quandoquidem illud in ſanis intelligitur, qui cum in die ſe exerceant, & balneis vtantur, parcius ſanè cibandi ſunt. His enim minus caput oppletur, ſi parcius prãſi fuerint. Adde quod nec incocta cibaria ad membra rapiuntur. Cæterũ ægrotantibus, qui nec exercitio, nec balneo vtuntur, non videtur illa ratio conuenire: quin ob dictas, dicendasq; rationes copioſius in veſpere, q̃ in mane reficiendi. Quod autem modo plus, modo minus ſit offerendum, à viribus ipſis, ac humorum vel qualitate, vel quantitate accipiatur, prout Galenus. prima particula afor. afor. xvii. ſapiẽtiſſime nos edocuit.

Mul-

Multos autẽ vapores in ſomno caput pertingere (quod Odus tantopere negauit) vnicuiq; fiet manifeſtiſſimũ, ſi diligenter aduerterit, quonam modo in nobis ſomnia efficiantur. Animaduertendum etenim eſt in ſenſiteriis noſtris ab extrinſecis impreſſas obiectis quaſdã permanere atq; durare reliquias, imagines ſ. ab actu ſenſibilibus impreſſas, & quaſi in tabellis quibuſdam depictas: Horũ autem ſimulachrorum quædam integra & illæſa, vt impreſſa fuerant reſtant & perſeuerant: plæraq; penitus obliterantur & euaneſcunt, aliisq; ingruẽtibus occultãtur ſanè nimiis aſcendentibus vaporibus intereũt. Nonnulla autem ob vapores caput petentes, conturbantur & confundũtur. neq; integri quippiam ſeruare poſſunt. Perinde atq; ſtãtes aquæ in quibus redduntur, & apparent inſpectantiũ imagines: Si commoueantur à quopiam, aut illam non reddunt imaginem, aut ſi repreſentant, cõfuſam profecto illam reddere videntur. Ita ſanè & idola, quæ ſomni apparẽt tempore, cũ vehementior quædam interceſſerit motio, ab ipſis inq̃ vaporibus, qui à cibo eleuati caput petũt, interdũ quidẽ apparere non ſolent ob vehemẽtiorem commotionem. Nonnũq̃ autem confuſa & mutila nõ tot aſcẽdentibus vaporibus apparent: quemadmodũ ſi paucio res adhuc eleuentur à cibo vapores, integra reſtãt imaginũ ſimulachra: Enimvero id præ oculis habere oportet. Ex

Digitized by Google

tet. Ex extrinſecus eſculentis, poculentiſq; in animaliũ ventres coniectis dum concoquũtur, & in appellatũ à medicis chylum commutantur, multi eleuantur vapores, qui caput petentes, & ſomnum & ſomniũ efficiũt. Cæterum ex iis, qui in ipſo ſomni principio efferũtur vaporibus, nullum ſanè fieri poteſt ſomniũ: quãdoqui dem vehementiores illi & citi, qui tũc eleuantur vapores imagines illas nimiũ conturbant, & diſſipant. Etenim iis quiddam ſimile accidere videtur illi cauſæ, quã de valde pueris adduxit Ariſtoteles in libro de ſomno & vigilia, & iis qui poſt aſſumptos cibos eunt dormitũ quorũ neutri ſomnia vident, cũ vehementes & multæ exhalationes in hmõi conſtitutionibus caput petere aduertantur, quæ ſimulachrorũ conſtantiam compoſitionemq; perturbent & diſſipent, quemadmodũ de valde cõmota aqua diximus. Procedẽte aũt ſomni tẽpore, ipſa ſanè ſomnia contingũt. Quippe quæ ex cibo tũc attolluntur exhalationes non adeo excellentes & citæ ſunt, vt imagines illæ & ſimulachra diſſipari poſſint, ſed ſolũ cõfundi & tranſponi. quocircà quæ cõfuſa & offuſcata nihilominus remanẽt idola in ipſum ſenſiteriũ delata, vnà cũ eleuãtis vaporibus, haud aliter ipſum ſenſitiuũ principiũ mouere cenſentur, q̃ ſi ab actu ſenſili cibus excitaretur. Quemadmodum enim (vt inquit Ariſtot. in libro de ſom. & vigil. in morbis quibuſdã

craſſus aſcendens ſpiritus, & caput petens (ea enim in conſtitutione corporis craſſi ſanè & corpulenti videntur eſſe ſpiritus) cõturbat craſſitudine ſua inordinatoq́ afficit motu, qui febris ſanè efficitur cauſa) viſiuũ ſpiritum efficitq́ vt decipiamur exiſtimemusq́ interdum vnũ eſſe duo. Pari ſanè mõ liniamenta quædam quæ in parietũ tectorio forte viſuntur picta, eo in loco videri, & apparere animalia facit, cũ nulla penitus ibi ſit pictura: illarum enim linearũ ſpecies abſq; materia in noſtrũ incurſantes viſum, & à craſſo illo ſpiritu conturbatæ & confuſæ, taliq́ aut tali compoſitæ modo, & ordine ob viſiui ſpiritus ab eleuatis vaporibus inordinatũ effectum motum præſentium nobis pictarum imaginum apparentiam præbere vidẽtur. Quemadmodum igitur in ægritudinibus & morbis iſtuc apparet. Ita & in ſomnis res ſe habere videtur. Cũ etenim imagines quas ablatis ſenſibilibus eorum quaſdam reliquias in ſenſiteriis remanere diximus perdurant, neq; penitus obliterãtur ſomni tempore propter exhalationem, & multam vaporum copiam, nonnullæ ſenſitiuo appellentes principio, mouentesq́ ſenſum, non alio ſanè modo, q̃ externa faciunt ſenſilia, cũ actu illum mouent ſomnia procul dubio efficiũt, ac eorum diuerſitates. Quando igitur illa multa fuerit exhalatio, qa diiudicare non poſſumus, quod ſomnia cernimus, decipimur tunc, & idola

viden

videntes ſenſilium reliquias ipſa videmur cernere, & percipere ſenſilia, ac multas quoq; rerum apparentias cernere, quod huiuſmodi verticoſarum aquarum ſimilitudine declarauit Ariſtoteles. Ita enim inquit fieri ſomni tempore; vnũquemq; motum in primo ſenſiterio, vt paruas in fluminibus vertigines, verticoſasq; commotiones, quæ aliquando quidem ſimiles fiunt, interdum vero diuerſæ, & ad alias tranſeuntes figuras, propter aquarum ad ſe inuicem incurſus, nec nõ riparum occurſus: Quemadmodum enim illæ interdum reſtãt, circularemq; conſtituunt figuram, aut turbinatam: Nonnunquàm autem ſtirpium colliſæ radicibus, & aliis inſuper vorticibus obuiam factæ diſſipantur, & ad alias ſanè tranſmutantur figuras. Ita profecto ſingularium motiones ſimulachrorum, quæ tanquan in ſubiecto ſunt ſanguine, & ſpiritu, aliquando quidem eædem perdurant, & integræ, interdum vero non perſtant, ſed in alias permutantur. Et huiuſmodi vera nõ immerito eſſe cenſentur ſomnia. Cum autem non multa huiuſmodi fuerit exhalatio, Et mediocri ſe habent modo, tunc profecto falli non dicimur, Sed dormientes adhuc ſæpenumero dicimus: Hic quidem apparet Socrates, ſed non eſt vere Socrates, verum illius idolum, & ſomnii viſum. Et eiuſcemodi profecto non vera ſunt ſomnia, Sed fantaſmata quædam, &

 & redi-

Digitized by Google

& reliquiæ externorũ ſenſilium adhuc perdurantes,& non tantopere cõmotæ,quod cibis iam & potibus con coctis efficitur. tũc etenim ſimulachrorũ imaginumq́ꝫ conſtantes apparent effigies: tunc etiam mitiora, & ma gis grata obuerſantur inſomnia, quæ in extrema ſomni contingũt parte adueniente crepuſculo,& hæc veriora ſunt,& efficaciora,quoniã puriores tũc tẽporis,& minus turbulẽtæ imagines illæ,quæ in ſenſiteriis ſunt, principio applicare cenſentur,cum iam ceſſauerit illud quod eas conturbare & cõfundere poterat. Et hæc quidem fantaſmata,ſiue viſa lato vſitatoq́ꝫ vocabulo à vulgo viſiones appellantur. Igitur cum in ſomno ipſa fieri inſomnia dixerimus, atqꝫ id vnicuiqꝫ ſit manifeſtum multos ſanè ex alimẽto eleuatos vapores in ſomno caput petere ipſumq́ꝫ replere neceſſe eſt, vtpote qui poſſint idolorum imagines confundere, tranſponere, & commouere.

Adde quod ipſa experientia,quæ rerũ magiſtra cenſetur,oſtẽdit in nocte humidas cerebri ſuperfluitates per palatum,per neruos, venas ac arterias deſcendere, atqꝫ ad pectus,ad fauces,ad ſtomachũ & partes cerebro ſubiectas defluere,vsqꝫ adeo, vt ea quæ catarrum ſiſtunt ſæpiſſime cogantur medici in nocte exhibere: quid ergo impediet, ne vapores itidem per eaſdem vias aſcendãt, cum ſint ipſo catarro ſubtiliores? Quippe & ex illorũ

numero

numero,quæ ſomnum faciũt,vt ex eſculentis,cum papauer & mandragora, & loliũ, tum multa alia, quæ in præſentia recenſere ſuperuacaneum eſſet, corpulentas quaſdam & craſſas humiditates ad caput rapere percipiũtur, & procedente ſomni tempore magis atq; magis caput replere, ipſumq; grauare. Præterea cum tamdiu viuamus,quamdiu nutrimur ex ſecundo de anima, Si cerebrum in ſomno viuit, oportet vt per venas pro cerebri nutritione, & ſanguis & ſpiritus naturalis in venis exiſtentes ad cerebrũ deferantur. Licet etenim Gal. ſecundo tegni de naturalibus ſpiritibus nullam fecerit mentionem,&.xii.med.meth. dubitatiue loquutus fuerit. Attamen Auicen.i.primi.doct.vi.cap.iiii. & Halab.iiii.theoricæ cap.xix.eos dari nõ ſine ratione aſſeruerũt,quippe quemadmodũ tres ſunt virtutes,vitalis. ſ.animalis & naturalis, vt ſuperius diximus, ſic triplices eſſe ſpiritus oportet, qui earum ſint virtutũ inſtrumenta,Cui & Gal.aſſentire videtur, dum vt ſupra patuit,tres poſuit virtutes. Si itaq; membrum non viuit ſi per ſpatium temporis effatu dignũ ad ipſum ſpiritus non tranſmittantur,neceſſe eſt in ſomno tum ſanguinẽ tum ſpiritus naturales ad cerebrũ demandari. Eodem pariter modo vapores qui ſunt ipſo ſanguine ſubtiliores proculdubio poterunt in ſomno ad caput aſcendere cerebrumq; pertingere.

Quod

Quod vero contra nos dicitur, quod arteriæ ex venis vaporum, vtpote ſanguine in venis contento leuiorũ attractionem anticipabunt. Nam in iii. de poten. natu. cap. xiiii. ſcripſit Galen. Arterias ex venis ſibi propin quis per ora, quæ inter ſe habent cõmunia tenuiſſimũ, ac vaporibus ſimillimum ſanguinem in eis venis contentũ attrahere: quare multo magis vapores attrahent, quos etiã paulo infrà dixit Gale. leuiores & ſubtiliores eſſe ſanguine exquiſite elaborato atq; attenuato: hoc ſane nihil nobis obſtat, ſi omnia Gale. verba accuratius obſeruentur, dixit etenim, Leuiſſimus autem inter omnia, quæ in corpore ſunt, primũ quidem eſt ſpiritus. ſecũdo autem vapor, & poſt hũc tertio quicquid ſanguinis eſt exquiſite elaboratũ atq; attenuatũ. Et paulo poſt ſubiunxit. quæcũq; vero à corde, & à cute plus diſtant, trahere his neceſſariũ eſt ex venis partem ſanguinis leuiorẽ. Ex quibus duo colligi poſſunt: alterũ quod ſpiritus ſunt vaporibus leuiores: alterũ quod pars ſanguinis leuior & ſubtilior pro nutritione attrahitur. Duæ etenim vt ibi declaratur ſunt attractionis ſpecies: altera quidem quæ fit ad vacuũ cõſecutione, altera ex qualitatis affinitate: aliter enim aer in folles, aliter ferrũ ab Herculeo lapide attrahitur, & quod ea quidẽ quæ fit ad vacuũ cõſecutione: prius quidẽ trahitur id quod leuius, ſecũdum vero qualitatis affinitatẽ ſæpius ſi ita cõ tigerit

tigerit grauius ſi fuerit natura proximius. Igitur ſi quid ab arteriis ad vacuũ conſecutiõe attrahitur ſpiritus vtpote quid ſubtilius attrahetur: Si autẽ ex qualitatis affinitate id fiat, & ſanguis ipſe ſubtilis & vapor attrahetur. Itaq; ſi quod eſt ſubtilius trahitur, ſpiritus naturales in venis exiſtentes prius, & nõ vapores attrahentur. Neq; rurſus illud valet, quod ſi vapores attractionẽ arteriarũ ſubterfugerint: atq; illi etiã facile efferentur ad cerebrum, vt Gal. ix. de vtil. partiũ. cap. v. declarauit. quamobrẽ vapores per poros exitũ anticipabunt. Hoc vt dixi nullius prorſus momẽti eſt: Siquidẽ ſi in die vapores per venas ad cerebrũ aſcendunt, & arteriæ attrahunt & meatus ſunt adaperti: qua de cauſa in ſomno itidẽ ad caput nõ prouenient obſtructis iis, per quos diſſolui poterãt meatibus? cũ præſertim arteriæ tũc magis ſubſidãt? nẽpe quanto minus arteriæ attolluntur, tanto minus vaporũ ex venis recipiũt: præterea meatibus obſtructis minor fit vaporũ & digeſtio, & diſſolutio. Igitur per venas magis in ſomno, q̃ in vigilia ad caput permeabũt. Hmõi aũt vapores per venarũ cõcauitates minime diſſolui id nobis inditio eſt, quod ſpũs vaporibus ſubtiliores (vt ſupra oſtẽdimus) ĩ ipſa ſanè vigilia cũ reſerati sũt pori per arterias & venas ad cerebrũ ĩtegri trãſmittũtur, multominus itaq; vapores craſſiores per venas diſſoluẽtur. quod aũt ipſe ſubiũgit Odus, q̃ cũ in ſomno

maior

maior fiat exſpiratio inſpiratione vapores ex alimento eleuati atq; ad partem illam tranſmiſſi exſpiratione facilius expelluntur. huius autem indicium eſt, magna quæ fit in ſomno (vt ita dixerim ſufflatio) Id nihil eſſe Odus addiſcat. In ſomno etenim coactus calor innatus plures ex alimento producit vapores, qui pororum cutis obſtructione intradetenti, cum non poſſint per difflationem euacuari expiratiõe expellũtur, & hi quidem vapores non ventriculo ſolũ, ſed in corde, in pulmone & toto corpore procreãtur, quorũ magnam partem ad caput aſcẽdere nihil prohibet. Aliud addit Odus quod itidem & falſum & vanũ eſſe apparet, inquit, enim, quod ſimiliter neruorũ meatus, Si qui ſunt (ſolos enim oculornm neruos manifeſtos habere meatus, ex Gal. colligitur. in quarto de ſympt. cauſis cap. v.) per quos animalis facultas à cerebro ad oẽs corporis partes tranſmittatur, in ſomno ex vaporibus retrocedentibus obſtrui neceſſe eſt: quare per illos poterunt vapores in ſomno difficilius ad cerebrum perduci: quando tunc per eos meatus à cerebro ad vniuerſum corpus animalis facultas delabi prohibeatur. Profecto in tam paucis verbis duplex agnoſcitur error manifeſtarius: Quippe neminem latet, quod tam&ſi nerui manifeſtis iis, quos & venæ & arteriæ ac oculornm nerui habẽt, meatibus careãt, poros tamẽ habent, & cauitates qnaſ-

dam

quaſdam & canales quibus tum humores per vniuerſum corpus tum ſpiritus animales demandantur: qui quidem vel nobis dormientibus validas interdum ſuggerunt vires ad ea peragenda, quæ vigilantes facere cõſueuimus: quoſdam etenim videre licet dormiẽtes è lectulo ſurgere & deambulare, & quædam vigilãtiũ opera exercere: quæ quidem non contingerent, niſi animalis facultas eam agẽdi vim illis ſubminiſtraret. At mehercule ſi tanta ibi accideret obſtructio, non ſolum id nullo pacto fieret, verũ apoplexia potius & non ſomnus huiuſmodi paſſio vocaretur.

Quamobrem nihil prohibet & per palatũ & venas, & arterias & neruos in ſomno vapores ad cerebrum perduci, atq; propter obſeptos cutis meatus ibi retineri, quod in vigilia reſeratis poris non adeo cõtingit. quæ vero ex Gal. Auicenna & Haliab. adducuntur, oſtendunt ſanè iis qui ſe exercent magis repleri caput vaporibus, ſi liberalius pranſi fuerint. Igitur cũ ab illis de ſanis corporibus mẽtio fiat: nos vero de ægrotãtibus loquamur: ea nullo modo cõmonſtrant ideo ſanis parcius prandendum eſſe, quia in die magis cõtingat caput vaporibus repleri. neq; enim ægroti, aut in balneis, aut in exercitiis verſantur. Licet & id nõ negauerim, quod ſi qui etiam ex ſanis eſſent, qui copioſius prandere conſueuiſſent, & ſolitis exercitiis ac aſſiduis laboribus exer

citarentur citrà noxam ſe exercitabunt, etiã ſi poſt cibum ſe exercitio dederint. Quippe cõſuetudo quæ cuiuſq; rei malitiã demulcet ab omnibus incõmodis eos reddet abſolutos. cõſuetudines eĩ vt iubet Raſis ad Almanſ. iiii. & ſi peſſimæ ſint, ſunt tamen obſeruandæ & propterea, Idem ex auctoritate Gal. Noli (inquit) tranſmutare ſtomachum de vno cibario ad aliud, & de vna q̃titate ad aliã, neq; de vno vino ad aliud, neq; de vino ſimplici ad limphatũ, neq; de limphato ad ſimplex, niſi gradatim gradatim, & paulatim occurſum habẽdo de capitulo conſuetudinũ, & ſimiliter de tẽporibus cõmeſtionũ in die, ſi ſemel comederat in die, aut bis. Sed de hoc ſatis. Hactenus ſatis ſuperq; mõſtraſſe arbitror magis in nocte, q̃ in die caput vaporibus repleri, nec obſtat quod experientia docere videtur, caput mane ante prãdium melius eſſe affectũ q̃ veſpere ante cenã. Nõ enim id propterea euenit, quia pauciores in nocte vapores caput petierint, ſed eã potius ob cauſam, q, cũ tẽpus quod à cœna ad prandiũ protenditur, longius ſit, meliorq; in nocte fiat cõcoctio, maior certe in mane facta eſt vaporũ diſſolutio. Quocircà qui literis incũbunt, melius mane q̃ veſpere eis ſtudere poſſunt: quod nõ ſolum ea de cauſa contingit, quia minus in ſomno, q̃ in vigiliis caput vaporibus repleatur, ſed potius quia ſtomachus diuturna diurni aeris actione apertis poris admodũ dila-

tatur,euolantibusq; ſpiritibus tandē valde debilitatus, ſubeūte nocte nouā ſpirituū copiam exigit,qua foueatur. Quapropter quicūq; eo tēpore cōtēplationes incohat ipſos ad caput ſpiritus retrahere nititur: hi vero diſtracti,neq; ſtomacho ſatis,neq; capiti faciūt. deinde ſicut in aurora mouetur ſanguis,& regnat,motuq; tenuatur,& caleſcit,& claret: ſpūs vero ſanguinē ſequi imitariq; ſolēt. ſic accedēte nocte melācholia illa craſſior & frigidior,atq; pituita dominātur,quæ ſpūs ad ſpeculandū ineptiſſimos reddūt. Præterea fatigatiōe diurna deniq; ſubtiliſſimi quiq; ſpūs reſoluūtur. nocte igitur pauci craſſiq; ſuperſunt literarū ſtudiis ineptiſſimi, vt non aliter nīacis horū alis fretū ingeniū volare poſſit, q̄ veſpertiliōes atq; bubōes. cōtra vero poſt ſomnū mane ſpiritibus recreatisq; mēbris ſic corroboratis vt minimo ſpuūm adminiculo egeāt,multi ſpūs adſunt, q cerebro ſeruiāt in mēbris fouēdis regēdisq; parū admodū occupati. & iis de cauſis ī mane trāquilliori mēte ad ſtudia nos cōferimus. Ex prædictis ſatis perſpicuū eſſe puto, magis in ſomno,q̄ in vigilia vapores ad caput aſcēdere ibiq; ob pororū cutis obſtructionē retineri,quemadmodū in vigilia meatibus adapertis eos digeri & excerni cōtingit. Quāobrē dixit Gal.in.iii.de cauſis pulſ. à ſōno ad vigiliā cōuerſis pulſus fieri & maiores,& vehemētiores & velociores,ac frequētiores,& veluti cōcuſſionē

 quan-

quandam habentes,quoad vapores illi fuerint expurgati,ac tranſpirabile totum ſibi corpus calor reddiderit. Tam&ſi Odus hũc Galeni locũ perperam intellectum pro ſua opinione adduxit,Nihil enĩ aliud innuere vult Gale. niſi vapores in ſomno retineri,& à ſomno ad vigiliam conuerſis diſſolui & euacuari. Conſtat igitur in ſomno(ſiue facilius,ſiue difficilius fiat,nihil obeſt)multos vapores ad caput aſcendere,ibiq́ꝫ cutis meatibus obſeptis detentos,magis q̃ in die cerebro obeſſe.

Ex quibus quoqꝫ patere poteſt q̃ oſcitanter Odus adduxerit eam Auicennæ auctoritatẽ, quæ eſt .i. tertii. t. ii. cap. xxiiii. Vbi modum ponens Auicenna,quo illi curandi ſunt,qui ex ebrietate dolore capitis laborãt,iuſſit eos dormire. Non hoc ideo Auicenna præcepit, vt inſinuaret vapores capitis dolorẽ efficientes in ſomno reddi pauciores,& hoc pacto affectum fieri mitiorem: ſed hanc ob cauſam ſomnũ conferre dixit, quo melior. ſ. fieret vini concoctio, quod verba eius apertiſſime oſtẽdunt. Dixit enĩ,quouſqꝫ digeratur quod in eorũ ſtomachis cõtinetur de vino. Præterea admodũ imperite notauit Odus illud Gal. ii. de cõpoſi. medi. ſecũdũ loca vbi dolores capitis ex ebrietate affectis iuſſit Gal. veſpere cibum exhiberi. Præſupponit enim Gale. ob maximã vini ingeſtam quantitatem capitis dolore in mane illũ torqueri,& propterea tunc cibo non indigere,ſed vino

iam

iam in veſpere concocto cœnare debere, ne ex longa inedia fieret imbecillior. Cum itaq; ex his ſatis abūde monſtratum ſit magis in ſomno q̄ in vigilia caput vaporibus repleri maiorem procul dubio illi noxam cuitabunt,qui mala quapiam capitis affectione laborantes cœnam tenuiorem adhibuerint,Nec obſtat quod in cōſilio pro puero morbo comitiali laborante Gal.victus rationē inſtituens dixerit tertiā panis partē cū his quæ ventrem ſubducant in prādio eſſe apponendā,reliquas vero duas in cœna cum valētioribus cibis ſeruandas eſſe,quod etiam Raſis in.i.Conti. cap.v.confirmauit: quippe Gal.nō tam ad morbum curandū,q̄ ad valetudinem tuendam ea ſe tradidiſſe fatetur,his verbis. Studebo autē quantū in me eſt, vt exequar clariſſime, qua puer illi viuēdi ratione vſus iuuari,& minus deinceps minusq; ab iis quæ accidūt ex inopinato quotidie lædi poſſit.Idipſum Raſis.xxv.continentis.cap.i.de victus ratione pertractaus confirmare videtur.Et primo cōtinentis de epilepſia loquēns,de iis qui ventrē ſubducūt, nō de nutrientibus cibis mentionē fecit, In hunc enī modum ſcripſit.Et cibi eorum, ſint olera mollificantia,& comedāt de eis tertiā partem cibi aſſueti, & duæ partes dimittantur pro eorum cœna & olera erūt lactucæ & atriplices,bletones,maluæ.&c Et paulo inferius ſeipſum exponēs ſubiūxit: & ego dedi his patientibus

bletas

bletas,& alia quæ prædiximus, nō quod ſit corū quoti dianus cibus,ſed quod comedāt de eis ante cibū,vt corū venter mollificetur,& ſeceſſus reddatur facilis: quare ſi Galeni canon in curatione fuiſſet intelligēdus,vtiq; de eo mentionē feciſſet Raſis, eoq; in loco ſcripſiſſet. Qua propter & Gētilis,qui iniuſte admodū Raſim increpauit,accuſandus eſt. Et Odus qui illū Auicēnæ locū caſtigandū aſſerit nō mediocrē ipſe meretur reprehenſionem. Mediusfidius ſi Gētilis illud Gal. cōſiliū, & vidiſſet & lectitaſſet id facillime nouiſſet. Odus quoq; ſi attētius verba tū Galeni,tū Raſis vel perlegiſſet,vel obſeruaſſet,multo ſecus dixiſſet & iudicaſſet. Adde q; is victus puero dabatur,qui in die & palæſtra,& aſſuetis exercitiis exercitabatur, & propterea parcius prandendū, copioſius vero cœnandū fuerat: quod ſuperius abunde fuit expoſitū. Quare nullo pacto affirmandū eſt Auicēnā vel erraſſe,vel Galeno cōtradixiſſe,aut locū illū Raſis deprauatū eſſe,quēadmodum Gētilis eſt opinatus,cū manifeſtiſſime pateat Gal. Raſim & Aui. idem prorſus ſus ſentiētes: diuerſam tamē epilepticorum victus rationē variis de cauſis attuliſſe. Gal. etenim nō à morbo, ſed ab exercitio indicationē aſſumēs copioſius in cena nutriendum iuſſit. Etſi ſumpta à morbo indicatiōe, minus in cœna comedere debebat,q̄ cū ſanus erat ſolebat eſitare. Raſis autē nihil penitus affert, quod Gal. repugnet.

Digitized by Google

gnet: quandoquidē primo cōtinentis de medicinalibus cibis pertractat. Et xxv. cōtinentis de tuenda valetudine per victus rationē loquitur. Auicēna vero ſumpta à morbo indicatiōe (ſolum etenim ibi de epilepſiæ curatiōe pertractat) eā victus rationē edocuit, quæ morbo curādo cōueniret: nēpe hoc pacto iuxta Gētilis, Nicoli & Iacobi de partibus expoſitionē cenādum erit parcius ne in nocte caput vaporibus oppleatur. Nec obſtat q Aui. in apoplexia copioſius cœnādum dixerit, parcius vero prādēdum: cum eo in loco de iis agat Aui. qui ex apoplexia euaſerunt, quod ex ſequētibus apparet. dixit etenī: cū autē voluntas adeſt, vt cœnēt &c. Vnde cū his exercitatiōes cōueniāt, ob id minus in prādio comedere debēt: quod vnicuiq; erit manifeſtum, qui totū illud capitulum lectitauerit, In cuius principio victus rationē inſtituēs dixit, Et ſubtilia regimē ipſius & ſit cōtentus in ea Iuleb, & aqua ordei ſubtili, & aqua caſei, qui quidē victus in ipſo apoplexiæ ſtatu cōpetit: Alter autē in declinatiōe, quēadmodum ex eodē ca. dignoſci pōt, Inqt enī, & cum videris alleuationē &c. Igitur ſi optime ea loca perpēdantur & intelligantur ſibi cōſtare, & nō repugnare videbuntur. Enimvero ſumpta à morbo indicatiōe plus in prādio, q̄ in cena ſumēdum erit. ſi autē nō à morbo, ſed ab aliis indicatio accipiatur, tunc ſanè vberius cœnandum erit, quod & Gal. in puero epileptico

& Aui-

Digitized by Google

& Auicenna in deciſione apoplexiæ iure ipſo obſeruarunt. Huic noſtræ ſentẽtiæ ea opitulatur auctoritas Auicẽnæ, quæ eſt in prima. iii. t. ii. cap. xxvii. vbi Auicenna doloris capitis ab humoribus in ventriculo aggregatis per conſenſum euenientis curationem ſcribẽs quũ dixit eos humores euacuandos eſſe, nec nõ quales cibos offerre oporteat, talia ſubiunxit. Et oportet vt ſerues cœnas eorum. quæ verba Gentilis exponens dixit. i. non cœnent, vel reponant eam, vel minuant, quã expoſitionem Nicolus & Iacobus de partibus cõfirmarunt, ne. ſ. in ſomno aſcendentes vapores caput infeſtarent. Nec vllo pacto dicendum, locum illũ eſſe deprauatum, quandoquidem & verus eſt, & ita legendũ eſſe Andreas Bellunẽſis in ſuis caſtigatiõibus monuit. Odus vero mihi ſanè videtur obſtinate nimiũ veritatem ipſam oppugnare, & ſatis inſulſam quandam expoſitionem inueniſſe. Inquit enim, Non dixit Auicenna, Cœnam minorẽ prãdio eſſe debere, ſed potius melius eſſe, vt in cœna minus ſuſcipiant, q̃ cum ſani ſunt ſolent ingerere. Sed dicat quæſo mihi Odus, ſi hoc pacto intelligendus ſit Auicenna, quare nõ dixit, & oportet, vt ſerues prandium eorum. Sicut etenim minus cœnare debent, ſic & minus quoq; prandere, q̃ cum ſani erant comedere conſueuerant, cum præſertim ipſe velit liberalius eſſe cœnandum, q̃ prandendum, potius dicendũ fuerat, &

rat, &

rat,& oportet, vt ſerues prandium eorũ. Fatuã ergo illã & inanem Odi expoſitionẽ dimittamus, moroſa etenim quædam ſemper in medium adducit, veritatẽ obſcurat & ex apertis facit operta. Igitur quæ ibi ab Auicẽna dicuntur his etiã ſunt conſentanea, quæ à Gal. in ii. libro de cõpoſi. medi. per ſingulas corporis partes traduntur ſi optime ſingula Galeni verba perpendantur. Docens enim ibi Gal. doloris capitis curationem, qui ab humoribus vẽtriculum occupãtibus dependet, nõ opus eſſe, inquit, de capite ſollicitos eſſe, quando caput nulla propria affectione laborat, ſed à prauis leditur vaporibus, ex humore genitis in vẽtriculo collecto: Proinde illos humores cõfeſtim vomitu euacuãdos, poſtea ventriculum corroborandum: quibus autẽ vomitus perq̃ difficilis eſt, boni ſucci cibum, & qui ventriculũ roboret lotis exhibendum, priusq̃ amara bilis ad ventriculũ tranſmittatur, quod ſi ante balneũ his aliquid ſumere neceſſe erit, tantũ panis tertia vel quarta diei hora ſumendum quantũ eo tempore ſit confectum, quo balneũ ingredi ſunt aſſueti. Quibus vero ante balneum ſolum panẽ ſine obſonio eſſe non placet, cum palmulis aut oliuis, aut aliquo id genus præbendum: deinde cum cœnauerint, die ſequẽti abſinthii potionẽ bibendam. Ex quibus verbis facile colligitur id voluiſſe Galenũ, cum dolor capitis ex bile prouenerit ad ventriculum demandata vo-

Digitized by Google

mitum eſſe adhibendũ, vel confeſtim cibũ eſſe dandũ, prius q̃ dolor incurſet, quin etiam anteq̃ balneũ æger ingrediatur acidi punici mali ſuccum cum pane aſſumat, quo. ſ. ſtomachus conſiſtat. & vt ſæpius vti cibo, ſic exiguo debet. Quare hæc præſeruatio potius q̃ curatio dici debebit. Quapropter. vi. de tuend. valetudine in hunc modum ſcripſit. Quæ tamen ex nimis acuto neruorum ſenſu aſſidue dolẽt, qui à capite orti plurima ſui parte os ventris texunt: pars etiam ad reliquũ ventrem deſcendit: his ſanè mederi propoſitæ iam artis officium eſt, potius tamen cõſilium eſt, id agere, quo minus hæc vllo modo incidant, cauendo ne aut bilioſus humor in ventrem prorſus confluat, aut q̃ celerrime inde expellatur. Atq; vt ne prorſus quidem cõfluat cõſuleris, ſi citius cibũ exhibeas. vbi enim totius corporis bilioſius tẽperamentũ eſt, venter imbecillis vtiq; cibo qui ventrem roboret, quem ſtomachum græci vocat, firmari poſtulat, vbi enim ita nõ proſpicitur, defluunt in eũ, quas corpus aceruat ſuperuacue ſanies, quos græci ichores vocãt. Ex quarũ vapore non ſolũ capitis dolores nõnullis oboriũtur, ſed etiã ſuffuſorũ, quos hypocheminos vocãt ſymptomata, aliquibus vero comitialis cõuulſio. Horũ itaq; oĩm vniuerſa victus ratio ad frigidius potius humidiusq; mutãda eſt. quod autẽ in vẽtrẽ confluit id vomitione ac vẽtris ſolutione expellẽ

dum

dũ eſt. ſtomachus vero cibis quidẽ, cotidie priusq̃ bilẽ cõtrahat firmãdus. Ex quibus vnuſqſq; facile colligit, Gal. præſeruatiuã methodũ tradidiſſe, atq; ideo iuſſiſſe, nõ ſolũ in prãdio, verũ ante balneũ aliquid aſſumendũ ne ſ. cũ eſſet in balneo ad os vẽtris humores cõcurrerẽt quibus dolor increſceret. Id aũt ſenſiſſe Gal. ex Haliab colligitur v. the. c. ix. vbi ex Gal. ſentẽtia declarat ante q̃ ad os vẽtriculi bilis ſe conferat, panis offam cũ vino granatorũ aſſumendã, vt. ſ. & ventriculus reſtituatur & humorũ fluxus ſupprimatur, q ieiunũ ſtomachũ inprimis infeſtant: Quare nõ de prãdio ibi agit Gal. Sed de iis quæ cõmodũ eſt aſſumere, cũ metus eſt, ne humores ad ventriculũ ex inedia confluant, quod in mane ſæpius contingit: ideo ea aſſumpta reprimentia tunc vſui ſunt: quæ non ſolũ lotis, ſed etiã anteq̃ abluãtur aſſumpta conferunt. Quemadmodũ eo in loco notauit Gal. Ex iis liquido patet, cœnã vel auferendam, vel minuendam, ſecundum recentiorũ expoſitionem: Neq; id vllo pacto Gal. contradicere, Neq; rurſus dicendũ ex verbis illis, Et oportet, vt ſerues cœnas eorũ, voluiſſe Auicennam, quod aſſumpturi farmacũ mane ſequenti, debeant cœnare: Ridiculum eſt etenim id annotare. Siquidem qui ſequenti die potionem ingerere voluerit, non ſolum cœnam, Sed multa ac varia cibaria pro pharmacorum diuerſitate ſæpius capere debebit: Quod &

Auicēna voluit.iiii primi.cap.iiii.ad principiū his ver bis,Oportet vt illius cibus, cuius ſoluendus eſt venter, aut vomitus prouocandus,partiatur, vt quod ei in vna die ſufficiebat,multiscomedat vicibus,& vt ſint cibi di uerſi,& potus etiā diuerſi.Ex hac nāq; diſpoſitione accidit ſtomacho,vt expellere deſideret,quod eſt in eo ſuperius aut inferius.Ex cibo autē nō diuerſo,neq; ſuper alium cibum aſſumpto ſtomachus eſt auarus,& ipſum forti retinet retentione, & proprie ſi fuerit eius quantitas parua.Gal.itidem in libro de compoſi.med.per ſingulas corporis partes,nō ſecus eſt intelligendus,atq; ſe ipſum expoſuerit in libro de tuenda valet.vi. vbi hæc protulit verba, Horū itaq; omnium vniuerſa victus ratio ad frigidius potius humidiusq; mutanda eſt,Quod autē in ventrē confluit vomitione aut ventris ſolutiōe expellendum eſt, ſtomachus vero cibis quidē quotidie priusq̄ bilem contrahat firmandus eſt·Ex quibus oſtēditur,cum in mane ieiunus ſtomachus bile impleatur, tunc procul dubio roborandus erit. Subdit poſtea Galenus, purgetur vero medicamentis ex maiore interuallo abſinthii coma, & cōpoſitione ex aloe, quam picrā vocant,Ex quibus neq; id colligitur minus in prandio q̄ in cœna comedēdum,neq; rurſus ante farmaci aſſumptionem eſſe cœnandū,Adde quod cōſtans ſemper medicorum cōſenſus voluit,vt (iuxta illud vulgatū,eſuri

ant

ant,vigilent,ſitiant,qui reumata curant, quod ſanè mul to fiet cõmodius,ſi minus in cœna,q̃ in prãdio eſitauerint. hac etenim de cauſa id præcipitur,vt corpus exſic cetur: quãdoquidem fame ex accidenti corpora exiccari ſcripſit Gal. vii particula afo. afo. lix. Cũ igitur humida diſpoſitio vitanda ſit quo tẽpore ex cibo corpus humidius reddi poteſt,parcius nutriemus, ſed in nocte tum propter retentos vapores,tũ propter ſomnũ ipſum corpus humidius efficitur: nõ igitur vberior cœna permittet vel corpus fieri ſiccius, vel humorẽ catarrũ efficientem reſolui,Mane autẽ, & ſi aſſueto leuiorẽ cibum ſumere debet,cõmodum tamen erit,ſi vberius in prandio,q̃ in cœna reficiatur: In vigilia etenim cum vapores facilius per apertos cutis meatus digerãtur poſſunt humiditates in animalis corpore contentæ per difflationẽ euacuari,quod tamen in ſomno minime cõtingit: quin tanto humidius tunc corpus redditur,quanto vel maior cibi quantitas ingeſta, vel ſomnus fuerit prolixior. Quãobrem Raſis xxv. cõtinentis cap. ii. ex auctoritate Ioannitii. Sõnus, inquit, humectat corpus in omnibus diſpoſitionibus, & eodem in loco ca. iii. ex auctoritate Ruffi in tractatu ſomni & vigiliæ & extenuationis, Sõnus,ait,humectat ſemper corpus. Et Auicẽ. ii. i. Sõnus, inquit eſt infrigidans & humectãs,quare in febribus habet conferre. & Alzarauius libro i. t. xi. cap. iii. Sõnus

(ait)

(ait)eſt humectans, Idem & tract .i. ſect.ii. cap.x.repetiit,Cæterum Odus affirmans qui tenuiter prandent vberius aũt cenãt,id præceptũ melius ſeruare,q̃ qui cõtra faciunt,nimiũ aberrat. Supponit enim primo q̄ illi eſurire præcipiantur,vt corpus ſiccius reddatur. tamẽ enĩ ex accidenti corpora exiccare nemo eſt qui dubitet quãdo quæ in animalis corpore cõtinentur humiditates in vapores reſoluũtur, atq; per diſſlationẽ euacuantur. hoc aũt melius fiet,quo tẽpore vapores per diſſlationẽ extraferri poterũt, verũ in vigiliis id melius cõtingere ex Gal. colligitur. xii. de met.me. c.iii. Si igitur in vigiliis eos eſurire opus eſt,ergo in prãdio aut nihil,aut parũ eis licet eſitare:neq; enim ſi ſecus fecerint eſuriẽt, licet parũ eos cœnare permittas, nõ tamẽ illos in nocte eſurire pariter nec ſitire cõtinget. quandoquidẽ in ſomno ſenſus quieſcere manifeſtũ eſt,ſed non videt Odus, quantũ id nobis faueat,& opituletur. Nempe cũ fames corpus extenuet, quo tẽpore maior cõtingit vaporũ effluxus,quo corpus reddetur gracilius & ſiccius,vberius nutrire licebit. ſed in vigiliis tũ humiditates in vapores diſſolui,tũ euacuari facilius & Gal.affirmat,& ipſemet Odus fatetur: igitur in vigilia copioſius cibare poterimus; cõtra cũ ſõnus & corpora humidiora reddat, & humiditates digeri ac reſolui prohibeat, exigue cœnandũ erit, ne cibus & ſomnus pariter humectãtes eo-

dem

dem tẽpore corpus humidius reddant. Quod vero addebatur, quod neq; ſi ſecus fecerint eſurire cõtinget pariter nec ſitire, quandoquidem in ſomno quieſcere manifeſtum eſt. Ridiculũ id ſanè videtur. nõ etenim ideo eſurire ac ſitire iis præcipitur, vt ingrato eo ſenſu os vẽtriculi afficiatur, quo indigentiã ſentire ſolet, ſed vt ob alimenti penuriam ſuperfluas corporis humiditates aggrediatur, quod in ſomno fieri diximus, & hoc quidem pacto non in vigiliis modo, ſed etiã in ſomno eos eſurire debere dicimus. Quũ vero dicitur quod talem exſiccationem prohibebit copioſius prãdiũ. Satis illi feciſſe videor, cũ oſtendi in vigilia, quẽadmodũ declaraui vapores per difflationẽ facilius effluere. quævero ex Hip. ii. reg. acu. adducitur auctoritas, nec nõ & Celſi. i. de re medica cap. iii· noſtrã hanc ſententiam & tuetur & approbat. dixit etenim Hip. quod ſemel in die comedere emaciat, corpus ſiccat, ventrem ſiſtit: quod certè magis eueniet ſi huiuſmodi cibatio in nocte cõtingat: quippe ex ea quã in die quis tolerarit inediam, & maior fit humorũ effluxus, & corpus ſiccius efficitur, & ob id prandere tẽpore eſtiuo cõmodũ eſt. Cũ itaq; velimus vt quæ in corpore ſunt hũiditates reſoluãtur, & corpus ſiccius fiat. Igitur quo tẽpore ex cibo corpus humectari negt, vberius nutriemus, ſed ĩ die ob faciliorẽ defluxũ facilius extenuari diximus, vberius igitur ĩ prãdio reficiatur

Qua-

Quapropter qui tãtummodo obeſum & carnoſum cor-
pus eliquare voluerit,neq; tãtillum miſcere,neq; alimẽ-
ta,niſi ſemel in veſpere.ſ.aſſumere debet.Etenim vigi-
lia ſatis efficacem attenuandi virtutem habuit,Si vero
quis corpus & nutrire & exiccare voluerit,ita quod ci-
bum tum nutrientẽ,tum extenuantem adhibere volue-
rit,copioſius in prãdio,q̃ in cena poterit eſitare.vigilia
etenim abũde extenuat,exhaurit,& euacuat:quin ſi attẽ
tius quis aduerterit, cognoſcet vel exiguã ſanè cœnam
corpus humidius efficere,q̃ ſi prãdium multo plenius,
& copioſius offeratur : quod ex prædictis ſatis ſuperq;
fuit oſtenſum.Ex quibus vnicuiq; perſ icuũ fore arbi
tror adductas auctoritates nobis plurimũ auxiliari.nec
obſtat,quod dicitur, q̄ cũ alimẽtum nõ perducatur ad
cerebrũ,niſi concoctiones in ventriculo,epate,ac venis
peracte ſint,&q̄ ex cibo mane ingeſto cerebrum in no-
cte nutrimentũ capiet,quo tẽpore dormit animal. qua-
re tunc cerebrum magis humectabitur,augebiturq; hu
mor catarrum efficiẽs:at ex cibo in cœna ſumpto, nu-
trimentum in die cerebrũ accipiet,quũ animal vigilat,
proinde non tam cerebrũ perinde ac in ſomno poterit
humectari,quãdo humidæ cerebri ſuperfluitates in vi
gilia poſſunt facilius per diffiatiõẽ purgari . His ſatis
ex ſuperioribus reſponſum fuiſſe arbitror,cũ fuit oſten
ſum qui eiuſmodi affectibus laborant,tũ in prandio,tũ
in cœna

in cœna eſurire ac ſitire debere, quo .ſ. tenuiori victu corpus ſiccius reddatur. Cæterū in nocte ob cutis aſtri ctionē nequeunt qui ex alimēto vapores eleuantur diſſi pari: quibus retentis periculum eſt, ne cerebrū oppleatur. Igitur eo tēpore parcius nutrire debemus. Ex nutrimento autem in mane ingeſto, & in nocte ad cerebrū delato, non æque caput læditur atq; ex cibo in veſpere aſſumpto. Siquidem ille iam in ventriculo & epate per actis concoctionibus ab omnibus ſuperfluitatibus expurgatus eſt. Ex hoc vero calor naturalis ad interiora coactus vapores eleuat, qui cutis meatibus obſeptis, ad caput permeant & cerebrū opplent. Enimvero vapores à cibo in ventriculo exiſtente eleuati, maius incommodum inferre poſſunt, q̄ ſanguis ipſe valeat in epate & in corde perfecte concoctus, cuiuſmodi ſanguis eſſe debet cerebrum nutriturus. Quāuis tum deſtillationis tum grauedinis (vt Galen. vi. de ſympt. cauſis cap. iiii. affirmat) cauſa ſit cerebrum ad intemperiem reductū: Attamen ex vaporibus iis, vtpote qui magis q̄ nutrimē tum caput infeſtent, humor catarrum efficiens procre abitur & increſcet. Igitur qui eiuſmodi affectibus detinentur, quemadmodum tenuiorem ſemper victum adhibere debent, ſic parcius in cœna, vberius vero in pran dio ſunt nutriendi. Licet etenim in ſomno calor naturalis ſit fortior & validior: attamen ſicut parum dormi

 re, ita

Digitized by Google

re,ita quoq; parcius cœnare debent: cũ præſertim mul
to maius futurum ſit detrimẽtum, quod ex eleuatis ad
caput vaporibus contingit, q̃ commodum, quod ad cõ
ficiendum alimentum ex ſomno parari poteſt.
Illud quoq; falſum eſſe apparet, quod eo tempore ma-
ior cibi quantitas ſit exhibenda, quo melius concoqui
poteſt. Etenim in morbis curãdis primã à morbo ipſo
indicationem ſumendam eſſe ſatis abunde ſuperius cõ
mõſtrauimus. Rurſus quanto vires validiores ſunt, tã-
to tenuiori victu reficiãtur. Ex iis ſatis oſtendiſſe ar-
bitror, qui modice cenãt, liberalius aũt prãdent, id præ
ceptũ, eſuriant, vigilent, ſitiãt, qui reumata curant, meli
us ſeruare, q̃ qui cõtra faciũt, atq; Odi rationes nullius
prorſus eſſe momenti. qui quoniã nonnullas auctorita
tes pro ſua roboranda opinione adducit, quæ tamẽ no
ſtram ſententiam cõfirmant, ideo operæpræciũ erit eas
diſcutere. In primis auctoritas eſt Gal. cõmento. lxvii.
quarti libri. afor. vbi declarans quomõ in febribus ex
ſomnis tumores, vel conuulſiones fiãt, ſcripſit in hũc
modũ. Et quidem ſicut à cibo ad ſomnũ cõuerſis im-
pletur caput, ſic in plectoricis diſpoſitiõibus ſomni ip
ſum replentes aggrauãt cerebrũ, & paulo infra inquit,
Non ſolũ in cerebro ipſo mali humores aceruati tales
afferunt caſus, ſed in ipſo ore vẽtriculi: quare & in ſo-
mnis magis euaporant, cũ incocti permaneant, &c, præ
terea

terea Aui. & Auer. in. i. Cant. cxxxix. & in eiuſdē xl. inquiunt, Ex ſomno lõgiore q̃ par eſt impleri caput vaporibus, & præſertim ſi is in quo fit ſomnus ieiunus fuerit, et in eadem ii. Cãt. xli. Auer. ait ſomnos qui cibos ingeſtos excipiũt caput vaporibus opplere, vigilias autem illi repletioni eſſe impedimento. Quibus adductis ſubiũgit, quod ſi hos locos aduerſus ſuam opinionem haud quaq̃ pugnare mõſtrauerit, nullum putat iis qui aduerſam hæreſim defendunt locũ reliquũ fore, ad quẽ liceat eos confugere. quæcũq; enī aduerſus hanc opinionem & excogitari, & adduci poterunt, tum ex dictis, tum ex dicendis facile ſoluentur, & ſolutionẽ ſubiungens dixit, Animaduertendum eſt, nos non arbitrari, quã obſtructionem in ſomno fieri dicimus, tantã eſſe, vt vapores eleuati nullo modo ad cerebrnm penetrare poſſint. quemadmodũ enim Gal. in iiii. de ſym. cauſ. c. viii. ſcripſit, vt etiam ſuperius diximus in ſomno exiguã quandã à cerebro ſentiẽdi facultatẽ in reliquas partes defluere, tantóq; minorẽ, quanto ſomnus fuerit grauior. Ita quoq; aſſeueramus in ſomno minorem quãtitatẽ exhalationis, q̃ in vigilia, poſſe ad cerebrũ pertrãſire, tantóq; minorẽ, quãto maior fuerit ſomnus, quũ obſtructio tũc maior ſit, quod nimirũ veritatẽ habet, vbi exhalationis quantitas in ſomno multo maior q̃ in vigilia non exiſtat: tunc enim ob immodicam vaporum

quantitatem, tam&ſi meatus non ita pateant maiorem capitis repletionem in ſomno fieri conſentaneum eſſe videtur. Inſuper quod in ſuperioribus de vaporum generatione ſcripſimus, hic quoq; repetendum eſt. Ex optima. ſ. ciborũ cõcoctione moderatam ſuauiũ vaporũ quantitatem generari, aliorum autem paucã: Vbi vero calor ita fuerit imbecillior, vt cibos quidem quodã modo diſſoluere, non autem penitus conficere valeat, paucos bonos, plures aũt malos exoriri: Hiaſũt addendum eſt, vbi calor fuerit validior, nec cibos habuerit quos conficiat ſuperfluitates, ſiue humores in corpore contẽtos aggredietur. Ex quibus ſi bonam confectionem nõ admiſerint prauos producet vapores, tãtoq; plures, quãto calor fuerit fortior, & longiori tempore in illos aget humores. Ex iis modo ſic declaratis facile (inquit) eſt oſtẽdere prædictas auctoritates veræ opinioni minime refragari. Nam in plectoricis diſpoſitionibus dixit Galenus, ſomnos caput replere, quoniã calor ad interiora coactus, in humores agit, ex quibus plectorica fit diſpoſitio, quos cum non poſſit probè cõcoquere, veluti agitat concutitq;: Quare ex eis multos vapores eleuat, qui multitudine poſſunt caput opplere, quod in vigilia nõ contingit, tam&ſi meatus magis ſint reſerati: neq; enim calor tunc ad extimas partes motus humores illos tam valide poterit veluti agitare atq; concutere, vt ex eis tãta vapo-

Digitized by Google

ta vaporum multitudo, quanta in ſomno procreari poſſit: Eodem pariter modo ex prauis humoribus in ore ventriculi collectis, calor in ſomno ad interiora ſe colligens, multos & malos generat vapores, quos in vigilia, propter rationem iam dictam generare nõ poteſt, quos etiam in ſomnis non generaret, ſi eos humores calor naturalis poſſet probè concoquere. Et hoc ſenſiſſe Galenum ex verbis in expoſitione adductis facile conſtat. Inquit enim. Quare & in ſomnis magis euaporant, quũ incocti permaneant, quaſi dicere voluerit, quod ſi incocti non permanerẽt, non magis euaporarent, quare ſubdit, Coctiones vtiles ſomnos inducere Eadem ratione, ſi quis ieiunus dormierit, aut diutius, q̃ decet, multos malos vapores in eo gigni neceſſe eſt. Quippe vbi calor cibos conficiendos non inuenerit, in ſuperfluitates aget, quas cum non poterit recte concoquere, in vapores mutabit. vbi vero cibos conficiendos inuenerit eis confectis, ſi adhuc dormierit homo, tũc calor aut in alios humores, vel ſuperfluitates aget, aut cibos iam probè confectos; ſuperflue concoquet. Quare multi & praui vapores ad implendum cerebrũ apti, vtroq; modo procul dubio gignentur. Quod vero dicit Galenus, à cibo ad ſomnum conuerſis impletur caput, vtiq; veritatem habet: quũ enim ſomnus ex obſtructione prõueniat, de qua ſupra facta eſt mentio:

quæ

quæ quidē obſtructio ex vaporibus cerebri frigiditate craſſioribus redditis,& retrocedentibus efficitur,vt ex Ariſtotele colligitur in lib. de ſomn. & vigilia. Igitur priuſq̄ dormiat animal,caput vaporibus oppleri neceſſe eſt. quare dixit Gal. à cibo ad ſomnū cōuerſis impletur caput: neq; enim dixit,dum animal dormit impletur caput,ſed cum à cibo ad ſomnum cōuertitur. Demū veritate coactus ſubiūgit: quod ſi etiā cōcederetur Gal. voluiſſe caput tunc per quietem vaporibus repleri,vtiq; id ei adſtipulatur,de quo in his quæ cōtra Cōciliatorē (inquit) ſcripſimus,facta eſt mentio. ibi enim dictum eſt,nō cōgruere ingeſto cibo ſtatim ſomno indulgere,quādo cibus in parte ſuprema vētriculi cōtētus probè cōcoqui non poſſit,vt in v. de affect. locorū notitia. c. v. Gal. ait. neq; enim vētriculus tūc poteſt cibos apte cōplecti, quod ad bonā coctionē eſſe maxime neceſſarium ſcripſit Gale. in. iii. de poten. nat. cap. iiii. Quare multos vapores gigni neceſſe eſt,qui ſua multitudine caput replere poſſint. Et propterea dixit Galen. à cibo ad ſomnū conuerſis. i. qui ſumpto cibo ſtatim dormiūt impletur caput: vt igitur huiuſmodi noxa euitetur,lenta deambulatione, aut aliqua huiuſmodi leui exercitatiōe corpus dimoueri opus eſt,vt cibus imum ventriculi petere poſſit, prius q̄ homo ſomno indulgeat. Et hac de cauſa dixit Auerr. loco ſuperius

adducto

adducto ſomnos ac vigilias ciborum coctioni cõgrue re,quãdo in ſomno melior fiat concoctio. vigiliis autẽ vapores ad caput efferri eã ratiõe prohibeãtur. Quare Haliab.i.pra.cap.xiii.cõſulit,vt ante ſolis occaſum cibus in cœna ſumatur, vt quo tempore dormire oportebit,ad imũ ventris deſcenderit. his vero qui ſtatim aſſumpto cibo ſomno ſe tradunt. Auer.ſcripſit loco citato,vt erecto capite dormiãt, donec cibus ad ventriculi inferiora deſcenderit. Sic enim maiorem noxam euitabũt. Tandem licet ſufficienter (inquit Odus) declaratum ſit minus in ſomno q̃ in vigilia caput impleri vaporibus,vbi ſomnus moderatus ſit & ventriculo cibum ante conplectente probe fiat ciborum concoctio Attamen illud ſilentio nõ inuoluendum, quod ſi illis daremus plus in ſomno, q̃ in vigilia caput oppleri vaporibus, quoniam vapores illi quum alimentum mature concoquatur ſuaues ſunt,ideo plus vtilitatis, q̃ nocumenti afferent, in his etiam qui aliqua capitis ægritudine premerentur. Quis non videt Odum toto (vt aiunt) errare cœlo,nec ſibi ipſi conſtare. Quippe quod ſuperius negauerat,nũc apertiſſime concedit,magis. ſ. in ſomuo,q̃ in vigilia caput vaporibus repleri. Cæterum ſubiũxit ſi ii vapores ex optima ciborũ concoctione gignantur,& moderatæ quantitatis, & ſuaues exiſtant. aliorũ autẽ vaporũ quantitas pauca eſt,vbi vero calor

calor eſt imbecillior,cibos quidem quodam modo diſ ſoluere,non autem penitus conficere valet,Quare pau cos bonos,plures autem malos produci. Ex quibus etiam plurimum noſtra opinio confirmatur,minus .ſ. id veſpere, quàm in mane eſſe comedendum. Siquidem his qui materiali ægritudine detinentur,cum virtus imbecillior inſit,atq; ad alia diſtracta, cibos potius diſſoluet,quàm perfecte peruincat: indeq; paucos bonos, plures autem malos vapores in ſomno (vt ſuperius diximus)generari continget,qui caput replentes magnum afferet nocumentum. Si etenim in corporibus plectoricis calor naturalis ad interiora coactus, in noxios humores agit,quibus impeditus non poteſt cibos perfecte concoquere. Sanè diſtractus eos veluti agitans atq; concutiens tandem corrumpet,& in noxiam materiam commutabit. Præterea ſibi ipſi repugnat Odus Quippe qui ſuperius tantopere aſſeuerauit, ob venarum, arteriarum,& neruorum obſtructionem vapores non poſſe in ſomno ad caput aſcendere. Hoc autem in loco veritate coactus fatetur calorem in ſomno, in ſuperfluitates agere, easq; in vapores commutare, ad implendum cerebrum aptiſſimos: Quid ergo facit illa (in qua tantum ipſe laborauit) obſtructio, ſi in ſomno (vt fatetur)magis quàm in vigilia caput vaporibus repleatur? Ex

Ex iis omnibus ſic adductis, facillimum eſt diiudicare, quemadmodum, quæ ab Odo dicuntur, vel falſa & vana eſſe, ac ſibi inuicem repugnare, vel noſtræ opinioni minime refragari. Sic ex allatis à nobis, tum rationibus, tum auctoritatibus veriorem hanc noſtrã ſententiam confirmari: Ac manifeſtiſſimum eſſe, materiali ægritudine laborantes, in quibus noxii ſuperabundant humores, parcius in cœna, copioſius vero in prandio eſſe reficiendos. Ex quibus illud etiam liquido patet ſatius eſſe iis, qui aliqua capitis ægritudine ſunt correpti ſi tenuius cœnauerint, Liberalius vero pranſi fuerint: Quippe vbi adeſt humorum noxiorum copia, ſi multa cibaria ingeſta fuerint, calor naturalis, qui in noxios humores concoquendos obnixius in nocte incumbit nuper ingeſtis cibis diſtractus, & ad cibos & ad noxios humores conficiendos, redditur imbecillior: Quare eos veluti exagitans, nec probe peruincens multos malos producit vapores ad opplendum cerebrum idoneos. Quapropter Alzarauius in libro. pract. ii. cap. ii. voluit in huiuſmodi conſtitutione cœnam eſſe dimittendam; De catharro enim ex calida materia proueniente pertractans dixit: Curatio eius, dum fuerit ex caliditate, dũ eſt in principio, relinquatur cibatio ſerotina; & diurna minua

M i tur, &

tur, & minuatur ſomnus & c. Et paulo inferius de eo qui ex cauſa frigida oboritur, loquens ſubiunxit: Quando vero fuerit ex frigore, & apud principium, relinquatur cœna, & maceretur corpus cum labore. Et Meſue dixit, & alleuietur cœna; immo prohibeatur ſi poſſibile eſt. Et idem in ophthalmia cœnam dimittendam eſſe præcepit. Et Auicenna prima tertii tracta. primo. cap. xxix. in fine inquit: Quumque cibus patientes ægritudines capitis materiales, frica extrema. Quod nulla alia de cauſa præcipitur, niſi vt eorum qui ex cibo eleuatur vaporum, aſcenſus ad caput prohibeatur. Et ſubiunxit: Et exſicca latus capitis, & conforta cum apocruſticis. Ne ſcilicet ex cibo aſſumpto eleuatos vapores recipiat. Quod ſi vapores illi (vt Odus affirmat) ſuaues eſſent, & potius vtilitatem afferrent, non præcepiſſet Auicenna eos & frictionibus diuerti, & caput roborari debere. Quapropter Galenus .v. de metho. meden. in cura illius nobilis Romanæ ſanguinem ex catharro reiicientis, poſt ſolam ſorbitionem, ſtatim fructum aliquem auſterum exhibuit, qui vaporum aſcenſum prohiberet. Quod vtique nõ feciſſet, ſi vapores illi vtiles extitiſſent. Quamobrem futilis & perquam vana illa Odi ſententia arcenda procul eſt, vtpote quæ ex manifeſtis ambigua,

nitidis ſordida reddit? Mehercule, ſi quod ſcribere eſt aggreſſus, prius operibus ipſis oſtendiſſet, ſe falli & decipi nouiſſet, & prorſus paucula quædam falſo dixiſſet. Enimuero ſe & circa particularia exercitaſſe, & non ſolum in legendo circa vniuerſalia ſtuduiſſe oportet. Quandoquidem (vt Galenus ait .ix. de method. medend.) Pro comperto habentes non licere vllius artis ſcientiam nanciſci, niſi & methodum quandam habueris per vniuerſalia vocata theoremata, & in particularibus te exẽplis exercueris: cum neq; fieri poſſit, vt ſine multiplici in ægris ſingulatim exercitatione, quod ex vſu fit, facias. Nec ſine vniuerſalium cognitione probe exercitatio procedat. Quippe quum in vniuerſalibus methodus, in particularibus exercitatio conſiſtat. Tanquam igitur qui iter aliquod ingredi ſtuduerit, vtroq; inuicem vtuntur crure: Qui altero claudus eſt, vno duntaxat vtitur; & longo ſpacio, & ſæpe errans, viam peragit: ita ſanè & qui finem cuiuſlibet artis conſequi parat, duobus his veluti cruribus, vel inſtrumentis, vel quomocunq; appellaſſe libet, vti debebit: in vniuerſalibus theorematis, methodo, in particularibus exercitatione. Neq; enim ſatisfaciunt ad exactam cognitionem vniuerſales Methodi.

Nec ſilentio prætereundum duxi pro huius noſtri operis ſigillatione,id quod Nicolus Florentinus recentiorum diligentiſſimus,Ser.ii.tract.i.Sum.i.ca.xiiii. in fine aſſeruit:(quanq̃ nõnulli ex cõtemporaneis noſtris hos recentiores nauſeent;cum tamẽ ſint ipſi nauſeandi.) Sũt enim eius verba.Et debent notare quod quamuis in ſanitate ſuppoſita bona cibatione in die plus ſit ſumendum in cœna, quàm in prandio, in ægritudine eſt oppoſitum obſeruandum, Nam amplius debent refici in prandio, q̃ in cœna, Et hoc ideo, quia natura plus occupatur circa materiæ digeſtionem(vt verbis eius vtar)in nocte,quàm in die & quia vt frequentius accidentia naturam grauãtia augentur de ſero.Et prædicta intelligenda ſunt, niſi adſit prohibens prandii augmentum.Et parum infrà ſubiungit.et patientes immateriale morbum debent ſicuti ſani plus cœnare,q̃prandere,Dixit enim de his Hippocrates,primo regi.acutorum. Ad prandium ius da,& ad cœnam ius in cibum commuta, Et ſimiliter dixit, intelligendum eſſe dictum Galeni .vii. de medendi methodo,Vbi iuſſit vberius eſſe cœnandum,De quo ſupra libro primo.

Apparet ex his omnibus in ægris ægritudine materiali nõ ſolum totius,ſed & capitis, & aliorum membro

rum

rum particulariter & neutris decidẽtiæ & coualeſcẽti bus nõ vere, parcius eſſe cœnandum & vberius prandendum. Apparet inſuper reſponſio ad omnia quæ pro parte oppoſita adducebantur. Et ita opinionem illam tanquàm falſam & corporibus humanis pernitioſam, omnino dimittendam, ac penitus abolendam eſſe. Qua de re non poſſum non mirari de Odo, ſed multo magis de Matthæo Curtio, qui hanc tanquàm veram & principiis medicinæ accommodam erexit, & ſectatus eſt, cum tamen medico minus q̃ mediocriter erudito pateat, de directo rationi & experimento repugnare, Sed quid mirum? quũ in ſectis & opinionibus nouis delectetur, ita vt ſibi nouarum opinionum inuentoris & Lutherani nomen vendicauerit. Quod & in illa ſua quæſtione de ſanguinis miſſione in pleureſi, non minus quàm iſta erronea, & à veritate aliena, eſt videre. Vbi ob nonnullas apparentes, Gal. auctoritates in tot præcipitauit errores, vt neminem minus quàm mediocrem medicum lateat, ipſum potius nouæ opinionis quàm veritatis indagatorem, quod clare eſt videre in epiſtola Andreæ Piſcienſis, viri equidem doctiſſimi, & medici noſtræ tempeſtatis nemini peritia ſecundi.

Hæc ſunt quæ ex lectionibus & continuis colloquiis

præce

præceptoris mei excellentiſſimi Antonii Mariæ Betti Mutinenſis, in almo ſtudio Bononienſi medicinã publice profitentis, colligere potui. Quanquam multa alia in nonnullorum dictorũ Conciliatoris defenſionẽ legendo aduxerit. Quæ ne ſermo nimis in longum protraheretur duxi omittenda. Etſi perperã ea Odus intellexerit & damnauerit.

DEO LAVS.

QVI TAXAT. AEDAT.

Bononiæ apud Iacobum Aloſtenſem Menſe Februario. Anno M. D. XXXIII.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA